

B. M. II, 124.
N. 30, 9.

X 1876147

II R
1794

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
MVNERE DIRECTORIALI
CIRCA
NEGOTIA IMPERII

Quam

AVCTORITATE

Magnifici JCtorum Ordinís
IN INCLVTA SALANA,

SVB PRÆSIDIO

Viri Illustris atque Excellentissimi

DN. NIC. CHRISTOPHORI LYNCKERI,

HÆREDITARII IN Gluhrstädt & Röttschau/

JCti famigeratissimi, Consilarii Saxo-Vinariensis Intimi,

Facultatis Juridicæ Antecessoris, & Ejusdem üt & Scabinatus atq;

Curiaë Provincialis Assessoris primarii,

Domini Patroni ac Promotoris sui eternum devenerandi,

Pro

Supremis in Vtroque Jure honoribus ac privilegiis Do-
ctoralibus legitimè consequendis,

publico Eruditorum examini submittit

CHRISTOPH. RUDOLPHVS HEYDENREICH,

Gothâ Thur.

Die Junii, Anno MDCXCIII.

J E N Æ,

Literis JOH. DAV. WERTHERI.





PROOEMIUM.



Uris nostri duæ sunt positiones, publicum & privatum § *fin 1. de Justit. & Jur.* illud in Sacris, Sacerdotibus & LL., quæ mutus Magistratus dicuntur *Wesenb. in Oeconom. Codic. tit. de LL. & Constitut. Princip.* consistere dicitur, & sunt qui hujus, sicut & privati juris originem ad LL. XII. Tabularum referunt; tutius tamen Romulo & subsequentibus Regibus adscribitur à *DN. de Jena de Ration Stat. Disp. 1. Concl. 1.* Abrogatum quidem hoc perhibet *Wesenb. in Paratitl. L. 1. tit. 1. de J. & J.* sed ipse Modestinus Jcto Legem Regiam allegat, quæ adhuc in viridi est usu. Præterea & Sacra, Sacerdotes & Leges etiamnum salva sunt, & de his *lib. 1. Cod. per tot.* videri potest. Equidem non negamus, mutationem esse subsecutam, totalem tamen abrogationem minime concedimus. Cæterum tam arcto & sororio quasi vinculo hæc jura inter se conjuncta sunt, ut divelli vix possint, *B. Dn. Struv. B. 1. tb. 11. & 12.* Quæ enim publicè utilia & privatim utilia sunt, & privatim utilia publicam utilitatem promovent: cum Reipublicæ intersit locupletes habere cives. § *ult. Instit. de bis, qui sui vel al. jur.* Utrumque igitur Jcto utile & necessarium, tum quia principia & multa alia inter se communia habent, & alterum alteri plurimum confert, tum quia causæ juris publici ex adminiculo juris Romani sæpe deciduntur, *Wurmser. Exerc. 1. P. 1. tb. 2.* ut proinde horum conjun-



tionem veram Philosophiam appellet *Warem. de Ebreberg. de Fœder. l. 1. c. 1. n. 13.* Hinc nemo JCTi nomen tueri poterit, qui solâ Juris Civilis cognitione instructus juris publici scientiâ, utpote jurisprudentiæ parte, destituitur, *Dn. Müller. in tract. de Stud. jur. tract. Rhet. in Inst. Jur. publ. l. 1. tit. 1. §. 89.* A JCTo profunda juris scientia requiritur, Divinarum & humanarum rerum cognitio, i. e. jus publicum & privatum *Hermes in præfat. fascic. jur. publ.* nec sibi solùm sed & Reipublicæ natus est, ipsiq; turpe putatur, jus in quo versatur ignorare, *l. 2. §. 43 ff. de Orig. jur.* Novimus quidem non cuilibet Reipublicæ administrationem contingere, non tamen eam ob causam ea debet negligere, quæ ad essentiam jurisprudentis pertinent. Multa discimus in spem futuræ oblivionis, quæ tamen sine nota turpitudinis ignorare interdum nefas putatur. Sic JCTorum veterum ævo nemo jurisprudentis titulo à Doctis est insignitus, qui jurispublici prudentiâ caruit: Tubero juris publici & privati fuit doctissimus *l. 2. §. 46. ff. de Orig. jur.* & Aristo apud Plinium & privati & publici juris peritissimus vocatur. Quapropter tantum abest, ut adstipulemur Vasquio *illustr. qu. c. 25. n. 4.* quod jus publicum ex eo, quod arcana Principis contineret, in Academiis non sit tractandum, cum ea quæ ibi tractantur, ut A. B. Recessus Imperii & aliæ Leges fundamentales pragmaticæ jam orbi sint nota; quæ fuerunt arcana, amplius non erunt. Quibus tamen non negamus, quod rationes secretiores cujusque Reipublicæ (quæ vox omnibus formis communis est. *Limn. de Jur. publ. l. 1. c. 1. n. 8.*) quas arcana particularia dicimus cautè sint custodiendæ, & neque in Academiis, neque ab ullo alio Ministrorum divulgandæ. Videlicet in talibus

Eximia est virtus præstare silentia rebus,

At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

Notabilia verba sunt *in Instrum. Pac. art. V. §. 50. Wurrafer. E. J. P. 1. 16. 2.* Hæc cum ita sint, vitio mihi verti nequit, si pro
dispu-

disputatione Inaugurali materiam Juris publici elegerim. Equidem non ignoro & difficile & periculosum hic esse scribere, quia sanctissima Principum jura tanguntur, sed ita me temperasse calamum spero, ne ulli injuria fiat. Materiam sumsi quotidianam, ponderosam tamen, cui jam propter ingenii tenuitatem & temporis penuriam pro meritis pertractandæ par non sum, interim cœtera ad alia tempora reservaturus, quia cum Deo & tempore omnia sese dant melius & accuratius.

CAP. I.

De

Evolutione Nominis.



Utm ex verborum intelligentia rerum dependeat cognitio, rectissimè secundum *Ulpianum l. 3. §. 9. ff. de Adim. vel transf. leg.* verborum prior, rerum potior erit habenda ratio: nomina enim significandarum rerum gratia inventa sunt, *arg. §. 29. l. de Legat.* Quapropter ad meliorem rei cognitionem in evolutionem nominis inquisivisse operæ pretium erit.

Muneris autem vocabulum diversimode in jure accipitur, (1) Strictè, & idem est ac donum ob causam factum, quo sensu tamen species doni est, *per l. 194. ff. de V. S.* & dicitur mutuo animo officiique causa datum *l. 18. ff. de V. S.* atque hujus significationis varia in jure exempla prostant. Sic *in l. 1. ff. de donat.* munera inter sponsum & sponsam ob certam causam dicuntur data, ita ut si nuptiæ non sequantur res auferatur: pari modo *§. 1. Inst. de donat.* qualificata donatio, seu munus ob certam causam datur, quando quis ita donat, ut si quid ei humanitus contigisset, haberet is qui accepit, si autem supervixisset, is qui donavit, reciperet. Similia exempla videri possunt in *l. pen. §. ult. Cod. de donat. ante Nupt. l. 43. ff. de bon. libertor.* quorum brevitas studio me remitto.

A 3

(2) Mu-

(2) Munus sumitur iatē; & idem est ac donum sive cum si-
ve sine causa: & hoc sensu à Jcto Paulo in *l. 18. ff. de V. S.* munera
dari mittive dicuntur. *Martianus in l. 214. ff. de V. S.* hoc ut
doni genus describit, quod nulla necessitate juris sed sponte
præstatur, quod si non præstatur, nulla reprehensio est, si præ-
statur plerumque laus inest, confer. *Wisemb. ad l. 18. ff. de V. S.*
alii doni & muneris differentiam in eo sitam esse volunt, quod
propriè donum sit Deorum, munus verò hominum. *Donat. in
Eun. Ter. act. V. sc. 8.* Sic *Cic. in Tuscul. & pro Arch. Philoso-
phia donum Deorum est, Poetæ quasi Deorum aliquo dono
atque munere commendati nobis videntur.*

(3) Munus idem denotat ac onus civile vel publicum,
quod necessario subimus lege, more, imperiove ejus qui juben-
di habet potestatem, *l. 214. ff. de V. S. Eckoldt. ad tit. ff. de Mu-
ner. & honor.* & hoc cum dignitate & honore conjunctum non
est, prouti hoc expressè evincit, *l. 10. ff. de Muner. & honor.* Op-
poniturque officio quod honorem admixtum habet. Hono-
rem enim sustinenti munus imponi non potest, munus susti-
nenti honor deferri potest. *B. Dn. Struv. E. 50. tb. 59.* Hoc munus
in tres species abit, Patrimoniale, personale & mixtum *l. 14. ff.
de Muner. & honor.* Personale spectat partim ad causam priva-
tam, quò pertinet onus tutelæ & curæ, quorsum nec inconcin-
nè referri possunt munera olim spectacula dicta, quæ ambitiosa
liberalitate & maximis sumtibus edi solerent, quia ad munus,
quod mortuis debetur, pertinere existimabantur. Mortuis e-
nim ita litari obtinebat opinio *Lips. l. 1. Saturn. cap. 7.* partim
ad publicam, quo spectat causa Syndicatus & publicæ viæ mu-
niendæ cura, & hoc sensu etiam publicum munus dicitur, *l. unic.
Cod. de Infam.* quæ distinctio in privatum & publicum *l. 18. §. 28.*
repugnare videtur; sed illi satisfacit *Eckoldt. c. l. §. 3.*

(4) Munus idem significat ac officium cum dignitate &
honore conjunctum *l. 14. ff. de Muner. & honor.* quando quis in
præ-

præstantioribus muneribus Reipublicæ obeundis occupatus est, & de eâ consilio & judicio bene meretur. *B. Dn. Struv. E. L. tb. 69. v. Avt. babita Cod. Ne fil. pro Patre.* Hinc etiam *Paulus in l. 18 ff. de V. Signif.* milites munifices dicit non ab ipsâ militiâ, sed ab officio & honore munerum militarium: qualia enim *Studia* hominum sunt & actiones, tales etiam eos animis esse existimamus, & splendidis & præclaris negotiis deditos præclaros & splendidos esse præsumimus. *Pacian. de Probat. l. 2. c. 26. § 27.* & quo majorem in genus humanum administrationem quis habet, eo dignior, sublimior & eminentior sede, honore & gloriâ intelligitur. *Vasqu. l. 1. in præfat. n. 126. § seqq.* Atque hæc munera non nisi peritis & necessariis donis instructis viris injunguntur, imperitos vero, usuque rerum destitutos ab his muneribus arcendos esse docet *Nov. 82. ibique Gothofr.* Hæc vero officia & munera in nullâ jurisdictione aut imperio sed in nudo ministerio consistunt. *Göddæus ad l. 18. ff. de V. S. n. 21.* Quæ significatio est hujus loci.

Alterum Vocabulum est Directoriale, quod in jure minus frequentatum rarius reperitur, derivatur autem à Directorio, quod à dirigendo dicitur. Cujus vocis in jure nostro elegans est acceptio in *l. 7. ff. de Extraord. Crimin.* ubi dirigere idem est ac venire, procedere & penetrare se. Directarios enim appellat *Ulpianus*, qui in aliena se dirigunt furandi causa, seu ut loquuntur *Imperatt. in l. 2. Cod. de Commerc. & Mercat.* qui subtili ingenio auferre aurum norunt. *J. Menoch. de arbitr. judic. qv. l. 2. Cas. 299. n. 7.* Deinde dirigere idem est ac designare, in quâ significatione in Processu Directorium dicitur schedula vel designatio testium, in quâ nomina testium ponuntur & simul designantur, super quibus articulis examinari debent. *Illustr. Dn. Stryk. in Introd. ad prax. c. 18. §. 1. Rosbach Proc. Civ. tit. 54. n. 15.* Tandem dirigere idem est ac præsidere & secundum regulam disponere, & sic Directorium est quod disponit & secundum

Regu-

Regulam gubernat. Hoc *Thomas l. 1. de Regim. Princip. c. 13. & 14.* sic exprimit. Dirigere & gubernare est id, quod dirigitur ad debitum finem perducere. Director igitur hoc sensu erit nihil aliud quam præses, rector & moderator in Collegio aut Ordine *arg. l. 1. ff. de Offic. præsid.* prouti has voces ut Synonyma coniungit *Covarruv. pract. qu. c. 4. n. 1.* Apud Romanos hic Director Collegii dicebatur primicerius, cuius potestas, quod quidem ad Cancellariam attinet, penes eum nunc est, quem Cancellarium nominamus, & sic à primo alter secundo-
cerius & sic deinceps appellabantur *v. t. tit. Codic. de Primic. & Secundocer. l. 12. tit. 7.* In iure Canon. Primicerii dicuntur, directores seu præsides disciplinæ Ecclesiasticæ, de quo *cap. unic. x. de Offic. primic.*

CAP. II.

De

Definitione.

IN omni disquisitione rei propositæ vel controversæ definitionem esse necessariam communis Doctorum sententia est. *Vant. de Nullit. in princ. Decianus Consil. 123. n. 81.* cuius rei exemplum nobis præbet *l. 1. ff. de dol. mal. l. 1. ff. de Tutel. l. 1. ff. qui Testam. fac. poss.* Omnium enim primo advertendum est, quid sit, de quo quæritur, & à quo dicatur dispositum esse. *l. 13. §. 3. ff. de reb. dub.* Juris igitur cultorem non minus quam alterius disciplinæ doctorem decet eò laborare, ut accuratas rerum definitiones constituat. *D. Fab. r. ad l. 201. ff. de R. J.* & satis inepte à nonnullis traditur omnem definitionem in iure periculosam adeo, ut res civilis definiri nequeat. *Alciat. l. 6. paradox. cap. penult.* Hæc enim lex non de definitione Logica, sed de decisione ac regulari traditione loquitur, ut proinde nihil aliud sit quam Regula, decisio & thesis.

Cujac.

Cujac. ad l. 1. de R. l. quæ propter varietatem circumstantiarum, negotiorum & temporum, sæpe satis difficiles redduntur, cum una circumstantia variet jus, seu potius juris applicationem: quippe jus semper certum est, pro varietate tamen factorum juris applicatio variatur *l. 26. §. 12. ff. de Condict. indeb.* & hinc est, quod in *l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.* traditur: In causa jus est positum, quod vulgatum Procardicum sic effert: jus ex factoritur. Utut autem definiendi facultas rerum civilium non desit, scrupulosa tamen definiendi ars, etiam doctissimis odiosa vitanda, quod ex Galeno latius probat *Warem. de Ebrenberg. de Fæder. l. 2. c. 1. n. 9. & seqq.* sed sufficit, si rei substantia demonstratur. *Tiraq. de primogen. qu. 1. n. 1. & 2.* Sufficiat igitur mihi talis demonstratio, & munus Directoriale describi posse existimo:

Quod sit jus certis Statibus in conventibus Imperii competens, mediante quo deliberanda in Collegiis proponere, proposita dirigere, vota colligere & tandem secundum majora aut saniora conclusum formare possunt.

Definitur per jus: quod nobis nihil aliud significat, quam qualitatem moralem personæ competentem ad aliquid justè habendum vel agendum, *Grot. l. 1. c. 1. §. 4.* Hæc autem qualitas moralis dicitur Grotio perfecta, ad differentiam minus perfectæ seu solæ aptitudinis, quæ jus improprie dicitur, ut ita hoc loco idem sit ac facultas jure competens, *v. A. B. Caroli IV. tit. 4. p. m. 97.* Hæc tamen facultas, nullam jurisdictionem in cæteros tribuit, par enim in parem non habet jurisdictionem, *Coler. Consil. 34. n. 94. Gail. l. 1. Obs. præct. 41. n. 9.* Sed hi Directores more veterum Regum Romanorum magis suadendi quam jubendi valent potestate: *Monzamb. de Stat. Imper. Germ. c. 1. §. 3.* neque ullam potestatem ac superioritatem sub prætextu hujus muneris in alios Status sibi arrogare possunt; sed tantum jure & autoritate in Constitutionibus expressè concessâ uti debent. Notanter hoc exprimit *R. l. de anno 1555. §. Und obwol/ wie obge*

gemeldet/ *ibi*: So sollen doch dieselbe Chur. Fürsten/ Fürsten oder Stände / so zu solchem Amte gezogen/ hierdurch sich keiner Hoheit über andere Stände annehmen/ oder sich unter den Schein dieses Amts Verwaltung in einige Superiorität über die andern einzudringen/ oder ferner Gewalts oder Machts über sie/ denn ihnen Vermög dieser Ordnung zugestellet/ anmassen/ *ic.* Et quanquam potentia, splendore & opibus inter se dispares, in eo tamen pares sunt, ut alteri in alterum statuendi jus non sit. *Tbuanus histor. l. 86.*

Dicitur porro in definitione: certis Statibus. Ubi vocabulum Status late sumo, quatenus simul includit Electores, nam interdum Electoribus opponitur *v. §. 3. Capit. Leopold. Rhetius in Instit. jur. publ. l. 1. tit. 15. §. 2.* & sic per hoc nihil aliud intelligo, quam immediatum Imperii Civem, matriculæ Imperii inscriptum, in Comitibus votum & sessionem habentem, ut de negotiis Imperii publicis simul statuere possit, regulariter Imperii bona immediata possidentem & inde onera Imperii ferentem. *Monzamb. de Stat. Imper. Germ. c. 2. §. 2. Rhet. c. 1. §. 3.* Neque tamen sola immediata qualitas ad inducendum statum Imperii sufficere putanda est, sed plures qualitates copulative à lege requiruntur, quâ deficiente unâ, deficit & juris dispositio. *Reinking. de Regim. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 21. n. 18.* Multi enim sunt immediati, qui tamen non sunt Status Imperii, prouti constat *ex R. J. de anno 1564. §. Und wollen wir: ibi. Gegen denen/ so nicht Stände des Reichs/ iedoch dem Heil. Reich immediate unterworffen.* Sic nec matricula Statum Imperii efficit; sed tantum demonstrat, hunc vel illum Statum Imperii esse, ut taceam, nullam fere extare matriculam, in quâ nihil deficiat aut redundet. Pro Authenticâ haberi posse declaratam illam anno superioris seculi 51. 56. & 57. putat *Monzamb. c. 2. §. 2. n. 2.* quanquam anno 1521. conscriptam receptiorem & approbatiorem existimet *Myler ab Ebrebach de Princip. & Stat. Imp. p. 1.*

p. l. c. 10. §. 7. Denais. jur. Camer. tit. 191. §. 9. Hoc tamen non negandum, quod matriculæ Imperii inscriptus, tandiu habeatur Status Imperii, donec probetur contrarium. *Gail. 1. Obs. 21. n. 417. Mindan. de Proc. l. 2. c. 67.* Necessarium igitur requisitum erit, ut qui Status agnosci desiderat, Votum & sessionem in Imperio habeat. *Arum. de Comit. c. 4. n. 1. Paurmeister de Jurisdic. l. 1. c. 6. n. 4. §. 12.* Sicuti & hoc ad necessitatem hodie trahitur, ut Status habeat bona immediata, modò allodialia, licet non feudalia, unde contribuere possit Imperio: *per §. 197. R. J. de anno 1654. in verb. hinfüro keinen Stand des Reichs. §. 44. Capit. Leopold. Mit Fürstenmäßigen und Gräfl. Reichs-Gütern vorhero gnugsam qualificiret/ und zu einer Standesmäßigen Steuer in einem gewissen Creiß eingelassen und verbunden/* à quâ tamē Regulâ excipi videtur Austria, quam in favorabilibus Statum Imperii, in odiosis non esse, asserit *Monzamb. de Stat. Imper. Germ. l. 2. §. 4. n. 3.*, Nam Principes in Italiâ h. non pertinent, *Limn. in jur. publ. l. 1. c. 7. n. 97.* Hinc regulariter Status, quâ bona & territoria possident, non quâ Duces, Comites & Principes sunt, vota in Comitibus habent. *Rhet. in Instit. jur. publ. l. 1. tit. 15. §. 5.* Neque tamen existimamus, Statum bona sua in aliam familiam transferentem ea propter nomen & qualitatem Status amittere: splendor enim provinciæ ex hominis dignitate, non dignitas hominis ex provincia oritur *Alciat. Consil. 451.* Et status Imperii non feudariæ possessionis dignitas, sed personæ celsitudo est, non glebæ pretium, sed summi Principis præmium. *Victor. de caus. Exemt. Imper. Conclus. 28.*

Tandem de nostro munere Directoriali prædicatur, quod secundum majora aut saniora concludere debeat, quæ voces non copulativè, sed oppositivè sumuntur; quod ipsa particula aut indigitat, cujus hæc est natura, ut semper inter diversa ponatur *l. 13. §. 3. ff. de Reb. dub. Menoch. l. 4. Consil. 341.* Majoritas enim, quæ ex deliberantium numero spectatur, non semper

annexa est sanioritati, quæ ex autoritate & zelo dijudicatur
Dessl. in Erotem. J. Can. l. 1. tit. 6. §. 4. Ziegler ad Lancelott.
l. 1. tit. 6. §. 12. Quanquam non inficias eamus, regulariter ma-
 jora putari saniora, & sic secundum ea concludi debere, cum
 plus videant oculi, quam oculus: *arg. l. ult. C. de Fideicommiss.*
 & ex effato Caroli V. æquum sit, ut minor pars accommodet se
 majori: *Schleid. l. 7. de Statu Relig.* quod etiam præcise obser-
 vatur in Electionibus Imperatorum, ubi simpliciter majora non
 vero saniora vota præponderant; idque propterea ut eò feli-
 cius evitari queant tot præjudiciales quæstiones de majoritate
 saniorum. *Herm. in fascic. J. P. c. 7. qu. 19. Buxdorf. ad A. B. tit.*
34. lit. E. Ea tamen semper & in omnibus causis non attendun-
 tur, sed tunc prævalebunt, ubi non est exceptio, aut alia præ-
 gnans ratio obstat. *Surdus Consil. 65. n. 17. l. 1. Afflict. Decis. 1.*
Menoch. vol. 1. Consil. 96. & de his infra pluribus agetur.

CAP. III.

De

Divisione.

Definitionem sequitur divisio, quæ animum legentis in-
 citat, mentem intelligentis præparat, & memoriam ar-
 tificiose informat: qui enim bene distinguit, rem magis
 facit claram & proximus est veritati. *Schneidew. ad præm. In-*
stit. n. 1. Præsupponit vero nostrum munus Directoriale con-
 ventus: qui cum varii sint, etiam hoc variè dividitur. Sic
 igitur conspicitur primo in Conventibus universalibus, qui
 sunt Comitatus v. G. J. non Heerden p. 2. c. 2 p. m. 72. (2) in Par-
 ticularibus, & quidem in diæti deputationum, & vocatur das
 Reichs Directorium. *Rbet. in Instit. Jur. publ. l. 1. tit. 8. §. 2.*
 A quò Directorio differt (3) Directorium supremum das Ober-
 Reichs Directorium, quod competit Mogantino, vi cuius in
 secun-

secundâ vel tertîâ congregatione Collegii Electoralis proponere solet, quomodo deliberationes ad propositionem Cæsaream sint formandæ, insimulque rogare solet novas deliberationes, si forte per vota Principum propositioni Cæsareæ nondum satisfactum sit. *Rbet. c. tr. §. 7.* (4) ad particulare Directorium refertur, quod obtinet in Circulis, & ille qui Directorium gerit, est plerumq; *Ausschreibender Fürst N. A. año 1555. Oldenburg. in Limn. enucl. l. 4. c. 72. §. 68.* (5) Directorium cernitur in Comitibus aut conventibus Electoralibus, vulgo *Wahltagel* in quibus Imperator vel Rex Romanorum eligitur. *Paurmeister de Jurisdic. l. 2. c. 2. n. 104. & seqq. Rbet. l. 1. tit. 4. § 34. & l. 1. tit. 8. §. 3.* (6) Est & Directorium in Conventibus Principum Electorum, ubi de variis Imperii publicis & gravissimis hujus Collegii negotiis deliberaturi congregationem instituunt, vulgò dicuntur die *Churfürsten- Tage* quod privilegium ipsis ex singulari dispositione A. B. tanquam specialis prærogativa concessum est. *v. A. B. tit. 12. Rachel de Comit. Elect. apud Frisch. vol. 2. E. Jur. publ. 7* Et horum quoq; Director est Moguntinus. Varia his Conventibus, aculeatis dictis imputat *Hippolit. b. à Lapide de Rat. Stat. p. 2. c. 4. n. 4:* & quidem quod controversiarum, in quibus totius Imperii salus & tranquillitas versatur, decidendarum potestatem sibi solis arrogent, quæ tamen ad totius Imperii cognitionem pertineret. Contrarium tamen patet ex Responso Norimbergæ Imperatori anno 1640. dato, in quo se sine omnium Ordinum consensu nihil facere posse, spontè fatentur. *Theatr. Europ. tom 4. fol. 440.* (7) Est & Directorium Postarum Imperialium quod habet Moguntinus: hinc ejus Ministri in postis Imperialibus vectigal non solvunt. Hocque jure immunitate gaudet ipse tanquam Archi-Cancellarius per Germaniam. *v. Hörnic de Reg. Postar. Jur. theor. 2. c. 6. lit. D. Goldast in Reichs Sagen p. 313 & 37. ibi: Dem Churfürsten zu Mayntz als Erb. Cans. arm in Teutschland, ist die protection*

über das Postwesen und was demselben anhängig/im H. Röm. Reich von Kaiserl. Majest. allergnädigst anbefohlen. (8) Directorium Archivi, & itidem est penes Electorem Moguntinum unâ cum matriculâ Imperii & documentis ad Cancellariam Imperii & Imperium ipsum necessariis. *Ruland l. 5. c. 4. de Commissar.* (9) Directorium Visitorum Camerae Imperialis, quod habet Moguntinus *v. R. J. de anno 1654. in fin.*

Tandem & Directorium erat superiori seculo, in constituto Senatu Procerum Norimbergæ, ubi ipse Cæsar aut ejus Vicarius, ad minimum Comitivâ dignitate vel Baronis titulo præditus, præses erat. Ipse Senatus vocabatur Regimentum, Affessoribus autem Regentum non Consiliariorum ob dignitatis munerisque præstantiam titulus attribuebatur. Præsens fuit auxilium & remedium communibus necessitatibus. Sed ejus usus exolevit *v. R. J. 1500. tit. Des Reichs Râthe. Dm. de Jena de Rat. Status disp. 16. Concl. 1.* Sequitur nunc.

CAP. IV.

De

Causâ Efficiente & Fine

Scire est rem per causas cognoscere, quapropter tam utile quam necessarium erit explanationem causarum suscipere. Distinguuntur autem illæ à Philosophis in internas & externas. Hæ sunt efficiens & finis. Illæ materia & forma. Causa efficiens subdistinguitur in Propinquam & remotam. Causa muneris Directorialis efficiens remota est dignitas & sessionis prærogativa, quo enim quisque dignior, eò eminentior sede, honore & gloriâ intelligitur *Vasqu. l. 1. in præf. n. 126.* Et hanc prærogativam dignitatis tam in sacris literis quam in ipsa Naturâ observare licet. Sic *Esaie 3. & 4. & 2. Reg. 24. v. 14. & seqq.* Principum & Potentum fit mentio, qui ante

ante alios eminuere. Ipsa Natura quoque nec omnes ex Ordine inter summos, nec rursus omnes inter Novissimos ponit, sed procedit, secundum gradum præcedentis inspectio. *Nov. 5. c. 9.* Et sicut in veteri Rom. Imperio dignitatis ratione habitâ digniores primo loco scribebantur *l. 1. ff. de Alb scrib. l. unic. C. de Equ. dign.* ita in nostro Romano Imperio ex Principibus tam Ecclesiasticis quam Secularibus sunt, quorum alii aliis eminent atque in ordine priores sunt. *Limn. de iur. publ. t. 1. l. 1. c. 7.* Ex quâ prærogativâ fluit, quod in Collegiis Conventuum ii gaudeant munere Directoriali, qui sunt honorabiliores & in sessione primi *c. cum inter x. de Elect. Alb. c. 33. Polit. n. 62. C. J. von Heerden p. 2. c. 5. p. 119. Decian. vol. 1. Resp. 21. n. 80.* qui Directores in Jur. Canon. scrutatores vocantur & de Collegio assumi debent *c. 42. x. de Elect.* quod tamen discrepat in eò, quia hic regulariter unus tantum non plures ex Collegio deputari debent, qui & propterea Princeps Collegii dicitur, communium rerum & negotiorum rector & Director. Hic tamen major quidem est singulis, minor vero universis Collegiis, seu Collegio, cuius placitis stare tenetur. *Buxdorf ad A. B. c. 1. tb. 2. Tholos. l. 17. Syntagm. c. 12. n. 28.* Quod si vero plures de hac prærogativâ in uno Collegio certent, adeò ut lis altioris indaginem requirat, alternatio ad interim introducitur, de quâ *videri potest. exemplum apud autor. der Grundveste c. 1.* Ex quâ tamen alternatione nulli regulariter majus jus, quam antea habuit, tribuitur, nec causa ex unâ parte vulneratur, sed in statu quo permanet, quia alternatio provisionale tantum remedium est. *Crus. de iur. præced. l. 1. c. 13.* Hæc autem prioritas & ab hac dependentia jura semel acquisita perpetuitatem ac immutabilitatem secum trahunt, quamdiu substantia ipsa durat, non attentâ aliquâ Potentiæ vel opum accessione vel decessione, quia alias omnium Principum præcedentia periclitaretur. *Modest. Pistor Consil. 28. vol. 1. Crav. Consil. 982.* Fallit igitur

igitur *Besold. de preced. p. 133.* in qualitatibus accidentalibus sessionis prerogativam ponens. Hac ratione enim perpetua esset dignitatum & precedentiae mutatio & fortunae blanditiis semper succumberet sessionis ordo. *Goldast. de majoratu l. 1. c. 17. n. 5.* Alia tamen rerum facies est, si substantiae dignitas mutetur, quando nimirum Status capitis deminutionem patitur vel degradatur, quod hodie in S. R. Imperio non nisi cum consensu Electorum & St St. fieri potest v. *Dd. ad § 28. Cap. Leopold.* tunc enim jus prerogativae alterari & diminui manifestum est: habetur enim Status pro non ente, cujus nullae sunt qualitates. Quin & mutatio fit, quando Status ad altiorem ordinem evehitur. Exemplum in Rege Bohemiae, infimum olim locum inter Electores postquam vero ad Regium fastigium sublimatus est, primum inter Electores Seculares tenente, adducit *Cranz. de Saxon l. 4. c. 28. v. A. B. c. 4. § 1. Rhet. in Instit. jur. publ. l. 1. tit. 10. §. 1.* Sed quid juris, si Status ad tempus a sessionis prerogativa suspensus sit, an ipsi detur recursus? Et respondetur quod sic: Suspendio enim non est dignitatis privatio, sed exercitii ad tempus interdictio *Langle 7. Semest. 8 p. 361. add. Carpz. l. 3. tit. 10. defn. Conf. 116.* Non inconcinne hic quaeritur, an Imperator Statum Imperii sine consensu omnium Statuum interessentium ad altiorem ordinem & illustrius Collegium evehere possit? Hac de sublimatione recens est exemplum in Novemviratu ad quem Serenissimus Hannoveranus Princeps superiori anno contedit & quaestio hac summo cum fervore in Comitibus Ratisponensibus in Collegiis EE. & Principum agitata fuit, prouti acta Imperii cui hac videre licet, satis testabuntur quapropter iudicium meum suspendo me remittens ad *Miscellanea Curiosa de Novemviratu superiori anno edita*, in quibus rationes pro & contra videri possunt. Hoc tantum addendum, hanc quaestionem quoque Maximiliani I. temporibus motam ferri, ubi hic Imperator pro Austriae Duci-

Ducibus dignitatem Electoralem affectuasse, sed sine fructu memoratur. Similiter contigit in Rege Hungar. : v. *Hermes in Fascic. jur. publ. c. 12. qu. 2. n. 5. ibiq. argumenta.* Cæterum sicut dignitas & prærogativa munus Directoriale in Collegiis adjunctum habet. ita lege tam expressâ quam tacitâ corroboratur, quæ ad causam propinquam pertinet. Primò est lex tacita, quæ est longa & inveterata consuetudo : *per l. 32. ff. de LL.* & hæc non solum inter privatas personas, sed & membra Imperii prærogativæ jus tribuit. Sic A. B. Caroli IV. ratione Directorii inveteratæ consuetudinis mentionem facit *tit. IV. in verb. Als er von Alters vormalß gehabt hat* : Et certum est, sicut officia Electoralia pleraque tempore & usu, ita & hoc longâ consuetudine invaluisse : *Dn. Becbm. ad A. B. c. 3. §. 5.* Exemplum adducit *Myler de Principib. & Stat. Imp. c. 12. tb. 12.* ubi Directorium ex longâ consuetudine Princeps Imperii in circulo quodam possidet. Et videmus multos in Germaniâ Principes in nudâ possessione vel quasi & longâ consuetudine allegando actus exercitos se fundare. *Coler de jur. Imper. Germ. Sect. 67.* Ipsa quoque domus Austriaca contra Salisburgensem ex hæc ratione jus directorii deducit. *v. aut. der Grundveste p. 2. c. 5.* ut proinde *Oldenburg. in Limn. enucl. l. 2. c. 20. §. 8.* pro regulâ tradat, quoties inter dignitate pares certamen de præcedentiâ fiat, semper ad legem vel expressam vel tacitam certos terminos ponentem, recurrendum esse : jus enim præcedentiæ ex usu & consuetudine plurimum momenti habet : *Besold. Synops. Polit. p. 2. l. 2. c. 10.* Hæc autem deficiente, quid juris? Et respondetur, ad possessionem tunc respiciendum esse, in pari enim causa semper melior est conditio possidentis. *l. 9. ff. de Action. publ. l. 10. ff. de Ignor. l. 128. ff. de R. J.* & iudicium possessorium etiam in honoribus & dignitatibus locum habet, ita ut actor petere possit, se in possessione vel quasi quam habet, manuteneri : quam quæstionem fusius traditam *v. apud Hermes Fasc. J. publ. c. 23. qu. 4.* Possessio igitur

fito igitur rigorosè est observanda, cum causa præcedentiæ sit causa gravis & ardua, adeò ut si tantillum remiseris, totum perdas, quod legato Principum probe animadvertendum monet *Marselaer tract. de Legat. l. 2. diff. 32.*

Lex expressa profluit à iudicio Majestatis, ut proinde hoc munus deferendum sit ei, cui publicum id deberi agnoscit: ab hujus enim opinione dependet *Vasqu. qu. illustr. l. 1. in præf. n. 126. Menoch. l. 2. arbitr. cas. 67. & seqq.* Quanquam enim lex simpliciter valere debeat, quia Princeps jussit, nunquam tamen sine ratione, quæ anima legis dicitur in *l. 17. ff. de LL.* lata à Majestate præsumitur. Hinc est Electorum inter se & ante Principes & Principum inter se prærogativa *Bæcler. Notit. S. R. Imper. l. 5. c. 2.* Ita tam Imperatoris quam omnium Statuum consensu & autoritate condita *A. B. v. procem. in fin. ibi: In gemeiner Versammlung und Gegenwart etc.* tanquam lex fundamentalis pragmatica disertis verbis Directorium in Collegio Electorum attribuit Moguntino, qui ideo ex unanimi vel majoris partis consensu Directorium gerere dicitur: *A. B. tit. 4. tit. 24. & 25. Heig. qu. ill. 4. p. 1. Scharf. de Orig. Elect.* Sic *Recessus Imperii de anno 1555. in verb: Die/so zu solchem Ambte gezogen.* à iudicio Reipublicæ muneris hujus dependentiam in cæteris Statibus arguit, & ut summam dicam: Nobis jubentibus dignitates sustinentur, inquit Imperator Constantinus in *l. 5. C. de dignitat. l. 12. tit. 1.* Et ex hac ratione superiori seculo Serenissimi Electores Carolum V. Imperatorem singularibus literis rogarunt, ut dissidentibus de prærogaturâ Principibus Imperii ordinem præscriberet, quas adducit *Dn. Becmann in disp. de Prærogat. c. 1. tb. 4.*

Transeo nunc ad finem, ut paucis eundem quoque dispiciam. Est autem ille Salus & utilitas Reipublicæ & singulorum Collegiorum. Optime de hoc differit *P. Gregor. Tholos l. 1. c. 1. n. 18. & seqq. de Republ.;* Sicut animus in corpore reliquis mem-

membris præsidet, eaque secundum proprias singulis membris assignatas functiones convenientes dirigit, singulis membris prospicit, & procurat debita, utilia & necessaria: ita quoque in Collegiis necesse est, ut reliquis unus præsit, eosque dirigat ad singulorum & universorum utilitatem, & quo deliberationes & negotia eò feliciter & celerius expediantur *Dn. Seckendorf im Teutschen Fürsten-Staat c. 6. n. 3.* Idque eò magis necessarium est, cum naturale inter homines sit dissentendi studium, & plus foveant interesse privatam quam publicam *l. 7. §. 6. ff. de Recept. arbitr.* Hinc Poeta:

Mille hominum species: & rerum discolor usus

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Nullum igitur commodius remedium apparuit, quo tandem plurimum æqualium dissensus ad concordiam possit redigi feliciter & majori cum tranquillitate, quam amicabili vel legali Directoris interpositione, quæ vel majora facit, vel alio decenti modo vota, quæ omnibus libera sunt in Reipublicæ salutem, quæ semper suprema lex esto, determinat. Sed progredimur ad

CAP. V.

De

Materia Subjectiva in Conventibus universalibus.

Inscripsimus nostram dissertationem de munere directoriali circa negotia Imperii, quia vero negotia in conventibus tam universalibus quam particularibus conspiciuntur, prouti in divisione jam demonstratum fuit: necessitas urget, ad uberiores intellectum Subjectorum & ipsius materiae, in quantum ad nostrum propositum facit, pauca de conventibus ipsis præmittere. Primo autem aggredior con-

ventus universales, nim. Comitiam, quæ quia à multis diffuse pertractata sunt, nolimus aliorum labores nostros facere sed brevibus perlustrabimus. Sunt autem Comitiam nihil aliud quam conventus totius corporis Imperii publicæ utilitatis causa instituti. *Paurmeister de Jurisdic. c. 2. n. 3. Aruzæus de Comit. c. 1. n. 2.* Vocantur etiam diætæ, de quibus festivum Caroli V. Imperatoris dictum, Diætâ diætâ parit & partus suffocat matrem. *Besold thes. Pract. in voc. Reichstag.* Hæc autem creduntur conservandæ libertatis efficacissima remedia *Monzamb. de Stat. Imp. Germ. c. 5. §. 24. n. 4. Dn. Fridberg ad Burgold. p. 3. disc. 3. tb. 2.* Nihil enim aptius ad Imperii jus conservandum, quam moderatio potestatis per alios facta, quâ in terminis suis continetur *Heig. l. 1. qu. 3. n. 1. 2. § 73.* Indicit illa Cæsar, cui tanquam capiti Imperii hoc reservatum est, hinc etiam ea dicit *Seine Reichstäge R. A. de anno 1524.* requiritur tamen insimul consensus Electorum, cum quibus primum Consilium communicare tenetur: *Capit. Leopold. §. 17. add. Capit. Carol. V. art. 12. Ferdin. I. art. 11. Ferdin. II. art. 10 & c.* Haud difficulter tamen accommodari soliti sunt consensum Electores, quin potius necessitate urgente ipsi moneant & sollicitent comitia. *R. A. zu Augspurg de anno 1555. §. Und so aber als. Capitul. Leopold. art. 17. in fin.* Imperatore vero absente ea Rex Romanorum, aut eò non electo Vicarii, qui sunt Palatinus in partibus Rheni, Sueviæ & jure Franconino, & Saxo in terris ubi jus Saxon. non solum viget, sed & viguit *Schüz de Vicar. Imper. Concl. 1. §. 6. A. B. c. 4.* comitia indicere solent, ita tamen, ut etiam cum consensu Electorum fiat, sicuti facere solet Cæsar si ipse præsens est: *Schüz de Vicar. Imper. Concl. 9. Rhet. c. 17. l. 3. c. 24. § 3. exempla adducit Autor der Grundveste p. 1. c. 2.* Vocantur autem hodie omnes Imperii Status per literas non uti olim in formam patentium compositas, sed speciales cum consuetâ intitulaturâ & subscriptione manus Cæsareæ, insimul-
que

que annotatione nominis Vice-Cancellarii Imperialis & Secretioris Secretarii Imperii. *Arum. de Comit. c. 4. n. 2.* in quibus tam causa habendorum Comitiorum, quam articuli, de quibus futura est deliberatio exprimi & determinari debet, quo Status parati & præmeditati comparere possint *G. S. v. D. p. 1. c. 2. Rumel. ad A. B. p. 2. disp. 3. tb. 7.* In his autem Electoribus in secundâ personâ scribitur, Principes vero nec tamen simpliciter ut Comites, verum junctâ amicâ compellatione *deine Liebden/tuizari* solent. Præter Status nemo, quamvis sit immediatus, vel Dux vel Comes mediatus, citatur, quamvis *Limn. l. 9. c. 1. n. 63. de jurepubl.* utile ex Goldasto existimet, si adhuc uti olim etiam Reges exteri & confœderati ad Comitiam vocentur: sed hoc consilium improbat *Bertram de Comit. Imper. n. 3. tb. 26.* Equidem si Goldasti animus inspiciatur, ejus sententiæ minime contrariatur Bertram, ut adeo Limnæus non habeat cur Goldastum defendat, cum non asserat ille quod hic probat. Goldastus enim distinguit inter Comitiam universaliam quæ vocat, cum universæ Theutonum gentes, Germani, Galli, Poloni, Hungari &c. communi aliquâ clade & calamitate hostili ingruente convenerunt, ut fœdera de jungendis viribus inter se pangerent, cujusmodi universaliam comitiam ad totius Christiani orbis salutem voluit indicere Carolus V. R. A. zu Augspurg anno 1530. §. Di. weil auch solch tapffer Werck &c. Et particularia, quæ singulorum Regnorum esse dicit & quæ nostris moribus tantum obtinent. In illis igitur suadet convocationem exterorum Principum, secus in his: *v. Dn. de Jena. de Ration. Stat. disp. 13. Concl. 5.* Ut autem Status citari possit, requiritur, ut justæ sit ætatis. In principibus enim secularibus minorennibus receptum est, illos non in personâ propriâ, sed eorum curatores & administratores conscribi, *ut patet ex R. J. de anno 1594. & seqq. & novissime in R. A. zu Regenspurg 1654. ibi: Albrechten in in Ober- und Nieder-Bayern &c. Herzog &c. Als*

des Churfürstenthums Bavern Administratorm. Item Adolph
 Friedrichen/ Herzog zu Mecklenburg/ in Vormundschaft Gu-
 stav Adolphen/ auch Herzogen zu Mecklenburg. Quod & pro-
 cedit, si mater aut avia tutrices sint, hæ enim quamvis ratione
 affectionis illis deferatur tutela, adeo ut omnibus agnatis præ-
 ferantur. *Illustris Dn. Stryk in Exam jur. feud. c. 7. §. 16. Rec.
 Imp. de anno 1654. in subscript. p. m. 91. ibi: Von wegen Ma-
 rien Annen 2c. in Vormundschaft ihres Sohns 2c. quod
 tamen fallit in Saxonîa, ubi excluduntur per tradita Heigii
 p. 2. qu. 13. n. 42. Carpz. p. 2. C. 11. Defin. 11. n. 4. ad conven-
 tum tamen talem publicum non admittuntur, quia ultra Sexum
 Foemineæ infirmitatis tale officium est. l. 1. C. Quando mul. tut.
 Offic. Coæterum si primogenitura in aliquâ domo introducta
 est, solus regens vocatur, ubi vero divisio obtinet, quilibet pro
 sui territori parte citatur, sed si pro indiviso territoria à multis
 possidentur, omnes quidem citantur, sed unus tantum habet
 votum & sessionem in Imperio v. A. der Grundveste p. 1. c. 5.
 Myler de Princip. & Stat. Imper. p. 1 c. 15. n. 13. Factâ sic voca-
 tione legitimâ, Principum & Statuum officium est, comparitio-
 ne sua Imperatori obsequium, laboranti patriæ auxilium, sup-
 pressis vero consilium exhibere. Comparere autem hodie
 possunt vel in personâ propriâ vel per legatos, & qui venire ne-
 glexerint, nihilominus obstringuntur eò quod à majori parte
 conclusum *Monzamb. c. 5. §. 25. Bertram de Comit. m. 4. Con-
 clus. 52.* Si tamen Imperator ob negotiorum gravitatem & dif-
 ficultatem personalem Statuum præsentiam desiderat, tunc ne-
 mo sine prægnanti causa emanere debet. Testantur hoc Jo-
 hannes Saxonîæ Elector & Philippus Hessiæ Landgravius in
 protestationibus suis anno 1529. contra R. J. Spirensen *apud
 Hordleder de caus. bell. Germ. l. 1. c. 4. & 5. ibi: Dahin Wir
 Uns dann Ew. Kaysert. Majest. zu schuldigen unterthânigen
 Gehorsam in eigener Person auch verfügt. Oldenburger in
 Limn.**

Limn. enucl. l. 4. c. 72. n. 20. & l. 2. c. 18. §. 24. Sic Carolus V. sub poenâ amissionis Regalium olim vocavit Status, ut quia de gravissimis Imperii negotiis consultandum esset, in propriâ personâ compareant. *Autor der Grundveste p. 1. c. 6.* Quæ omnia eò magis procedunt, si causarum negotiorumque circumstantiæ & qualitates, Statuum præsentiam requirunt, *quod satis evincit R. A. zu Worms anno 1545. §. Dem allen nach. ibi;* So sind auch die Sachen und Obliegen der Christenheit/ so auff diesem Reichstage erlediget und verglichen werden sollen/ zum theil so beswandt / daß sie ohne persönliche Gegenwartigkeit mehrerer Reichs-Stände nicht wol erlediget und verglichen werden können/ *cum quo concordat R. A. zu Regensburg de anno 1646. §. Die weil wir aber etc.* Hæc comparitio vero sive fiat in personâ propriâ sive per legatos propriis sumtibus & ex proventu Cameræ sine subditorum impensis fieri debet. *Myler de Princip. & Stat. Imper. p. 1. c. 15. §. 15. Arum. de Comit. c. 5. n. 57. Hermes. Fascic. jur. publ. c. 36. n. 42.* Singulari tamen privilegio circa hanc comparitionem muniti sunt domus Austriaca & Rex Bohemiæ. Illi cum Statibus circuli Burgundici liberum est, venire aut emanere velit. *Limn. de jur. publ. l. 5. c. 2. n. 50.* Hic vero ad Comitata venire non tenetur, nisi celebrentur Bambergæ, Norimbergæ aut Martisburgi, quod privilegium tandem generale factum est: *Arum. de Comit. c. 4. n. 58. & 59.* Causam ex Goldasto hanc assignat *Oldenburger. in Limn. enucl. l. 4. c. 72. n. 18.* tum, quia Bohemi supremitatem affectantes venire obluctantur, tum, quia constitutionibus se conformare nolunt; quapropter ab Electoribus & Ordinibus merito excluduntur, ne Leges Germanis se potius dare quam accipere possint gloriari. Comparitione factâ legitimatio apud Electorem Moguntinum Imperii Archi-Cancellarium præcedere solet, de quâ in modernis comitiis anno 1677. & 1678. magna nata fuit controversia & tandem sic determinata ut Legatis Prin-

Principalibus legitimaciones per Secretarios mittere liberum quidem sit, Director vero Moguntinus vicissim per suum Secretarium eas accipiat, cum annexâ protestatione, ne in præjudicium Directorii Imperialis actus ille interpretetur. *E. S. von Heerden p. 2. c. 6.* Hanc insequitur propositio Imperatoris aut ejus Commissariorum, de iis quæ in Comitibus deliberanda & constituenda sunt, quod ingens Majestatis jus Imperatores sibi privativè reservarunt: *Stamler de Reservat. Imperat. §. 29. Lebm. in Chronic. Spir. l. 2. c. 37.* quâ propositione Statibus communicatâ ad deliberationem descenditur, & in tria Collegia Ordines separantur, qui collegiatim suffragia dicunt. Cuilibet vero collegio præest Director, de quo in præsentiarum nobis agere animus est. Primum Collegium est Electorum, quod, quia antiquissimum, ideò de ejus origine varæ sunt opiniones, cum in vetustis initium facile ignoretur *l. 28. de Probat.* communis tamen sententia est, collegium Electorale in Imperio Romano non certâ aliqua lege, sed consuetudine Ordinum consensu sensim approbatâ introductum & tandem à Carolo IV. *A. B. tit. 2. §. Und i. weil von alter und löbl. Gewohnheit* *§. tit. 5. §. Und wievol ein Rånser ic.* firmatum fuisse. *Limn. de jur. publ. tom. 1. l. 3. c. 1. n. 7. Reinking. de R. S. & E. l. 1 c. 4. c. 3. Buxdorf ad A. B. Concl. 14.* quod confirmat decantatum illud capitulum *Venerabilem X. de Elect.* quod explicat *Schard. c. 11. de Orig. Elect.* Merito autem augustissimum hoc Collegium primarium sibi vindicat locum, quia Electores singulari præeminentia præ aliis Statibus gaudent, quæ ex hoc quoque eminet, quod Imperator præ aliis sanctius & interiorius Collegium cum illis constituat *Fürstener. de suprem. c. 39. in fin.* ut hinc recte dicantur pars de corpore Imperatoris *in A. B. Carol. IV. tit. 24. in pr.* Sic eminentia quoque elucet, quod in A. B. in pr. dicantur: *Des H. Römischen Reichs vornehme/ förderste/ allernächste und innerste Glieder/ Hauptsäulen und Hauptstücke/*

stücke/ quapropter & Regibus æquiparantur. *Warem. de Ehrenberg c. 2. n. 147.* quæ ratio quoque movit Senensis. Electorem Brandenburgensem, ut Rudolpho II. tunc temporis Regi Hungariæ Ratisbonæ primum locum concedere nollet: *Oldenburger in Limn. enucl. l. 2. c. 1. §. 18.* Ipse quoque Imperator eorum Legatis, Regionum dignitates, libertates, Pompas, potestatem operiendi caput & consedendi indulget. *Bæcler in Notit. Imper. l. 2. c. 2. §. 19.* Hinc factum ut ii à Principum Legatis titulum Excellentia prætenderint; quod tamen illi detrectarunt: *Aut. der Grundveste p. 2. c. 6. p. m. 59.* Ut rem in pauca confetam, So ist das Churfürstl. Collegium das Haupt-Fundament, darauff so wol das Haupt als die Glieder/ und also die ganze Substantz des Reichs vornemlich beruhet/ ut proinde recte dicantur generales Ephori, quibus totius Regni cura & tutela demandata est, quique plurimorum necessitatibus relevandis Cæsareæ sublimitati sic assistunt, ut in partem sollicitudinis constituti sint: *Heig. l. 1. qu. 3. n. 2. §. 73.* Facile igitur collectum est, qui fiat, quod hodie in separato conclavi & Collegio sedeant. Hoc primum à tempore Friderici & Maximiliani I. introductum fuisse dicitur; quod tamen in Ordinariis diætiis deputationum Principes ipsis nolunt concedere, & hinc inter defectus Comitiorum hanc separationem relatam esse, asserit *Aut. der Grundveste p. 2. c. 3. in fin.* Quando igitur deliberationes in hoc Collegio instituuntur, Directorium ibi gerit Moguntinus, cui de antiquo hoc Officium competuit: *A. B. tit. 4. Hermes Fasc. 7. Publ. c. 36. n. 68.* non obstante, quod in turbato aliquo Statu alii in consortium accesserint. Et hæc prærogativa ipsi competit, tum quia primum locum inter Electores obtinet, & semper secundus à Cæsare est; unde etiam à Maximil. I. vocatus fuit Oberster Churfürst: *Irenicus ad Burgold. Disc. 19. p. 173.* tum quia dignitatem & officium Archi-Cancellarii sustinet per Germaniam: *A. B. tit. 2.* qui quidem Archicancellariatus est

D

primarius & quòd Imperator intrà Germaniam degat, exerci-
tio viget; dum Coloniensis & Trevirensis functionem suam in-
terim obire nequeunt; *Irenicus ad Burgold. c. l.*, tum, quia
Collegii Electoralis Decanus est: *Rhet. in Instit. jur. publ. l. 1.
tit. 8 § 3.* Hujus intuitu, tanquam Collegii primus & hono-
rabilior, *Limn. l. 6. c. 5. n. 48.* Electores convocat, *A. B. c. 1. §. 19,*
comparentibus formam juramenti dat, *A. B. c. 2. in pr.* propo-
nit & vota perquirat: *A. B. c. 4.* atque ipse demum ultimo in-
terrogatus suum promittit; quod ideo votum conclusivum dicitur:
Bertram de Comit. membr. V. tb. 69. Olim quidem jure
Decani primum votum protulisse videtur, *ex Speculo Saxon. l. 3.
art. 57. ibi: Der Bischoff von Maynz hat die erste Stimme.*
In Electione verò Caroli V. primum votum non tulit, sed so-
lum præconsultationem quandam iniit, ut Electorem Trevi-
rensem à Galliarum Regis partibus abstraheret. Quocircà fal-
luntur illi, qui tunc primum votum edidisse Moguntinum
tradunt, *A. der Grundveste c. l. Carpz. ad L. Reg. c. 11. f. 8. p. 3;*
quasi mos ille deinceps in desuetudinem abierit, atque hoc
bonâ voluntate Moguntini factum sit: *Dietrich. in not. ad A.
B. tit. 4.* cum per istud auctoritati ejus nihil decedat, sed potius
ipsi hoc honori vertatur, quia finis plus habeat honoris. *v.
Matth. de Afflict. Dec. 1. n. 6.* Cœterum in rationem inquisi-
visse juvat, quare Moguntino hæc prærogativa competat. Sa-
nè multi opinantur, ex eo factum, quia Moguntia prima fidem
Christianam præ reliquis in Germaniâ suscepisse dicitur, anno
Christi 80. *Hermes in Fascic. jur. publ. c. 15. qu. 3.* Certum
hoc est, priscis temporibus, ex nimia & superstitiosa antiquo-
rum Imperatorum devotione erga religionem, maximam ad
Sacerdotes redundasse potentiam. *Burgold. ad Instr. pac. p. 1.
Disc. 19. §. 3.* Fervens enim eo tempore Principum animos in-
fidebat pietas, & quo quis plura in Sacerdotes profudisset, eo
arctiori sibi nexu Numen obstringere credebatur. *Monzamb. de
Stat. Imper. Germ. c. 3. §. 7.* Cate-

Hæc autem prærogativa muneris Directorialis unita est Electoratu *A. B. c. 20.*, quapropter vacante per mortem Moguntini sede, hæc potestas Capitulo denegatur: *A. B. tit. 1. §. Cum autem.* quia hoc pertinet ad Electorem Moguntinum, ut Principem & Electorem Imperii Rom. Germanici. *Rumel. ad A. B. diff. 2. p. 1. tb. 12. ibique Speidel. in not. lit. A. Arum. ad A. B. disc. 1. tb. 24. Wurms. E. jur. publ. 2. qu. 4.* Quando igitur contingit, sedem per mortem Moguntini vacare, Directorium gerit Sereniss. Elector Saxonix, quod jus ipsi quoque competit in Comitibus, si causæ Electorem Moguntinum concernunt: *Dn. Bechm. ad A. B. E. 12. tb. 27.* Sic quoque jus habet, votis ab Electore Moguntino collectis, ab eodem votum exquirere. Ac licet olim hoc ad omnes Electores pertinuerit *per A. B. c. 4. §. 50. Castald de jure Imper. qu. 8. n. 21.* hodie tamen hæc requisitio Moguntini solius est Electoris Saxonix officium, *Baxdorf. ad A. B. tb. 59. aut. der Grundveste p. 2. c. 4.*

Porro ex singulari præeminentiâ Elector Saxonix in Comitibus Imperialibus Directorium gerit, in spiritualibus & Religionem concernentibus causis. *Leonhard Hütter in Iren. c. 29.* Exercuit hoc in præterito tricennali bello, dum anno 1631. A. C. addictos Principes & Status Lipsiam convocavit, ibique foedus defensivum pro Religione & libertate conservandâ ferrii; quod tamen graviter tulit Ferdinandus II. in literis ad Electorem missis. Sed egregiè respondisse fertur Elector: *Oldenburg. in Lim. enucl. l. 2. c. 9. §. 11.*

Sicuti autem hæc prærogativa Electoribus est annexa *Monzamb. de Stat. Imper. Germ. c. 3. §. 4.* ita in Secularibus ad heredem primogenitum est transitoria, quapropter post mortem Patris, filius primogenitus hoc jus exercere potest: *per A. B. tit. 24. ibi: Und der erstgebohrne Sohn soll Nachkommen seyn in den Sachen/ und ihm soll alle Herrschafft und Recht folgen/ 26.* Ex hoc primogenituræ jure etiam illum gaudere cen-

semus, qui ante adeptam Electoralem dignitatem natus est, modò sit legitimus. Daß er zu Schild und Helm Ritter und Siffmäßig aebohr: n: Capit. Leopold. art. 40, quia qualitas in personâ Patris superveniens etiam in filium antea natum redundat: arg. l. 5. ff. de Senat. ibique Gotbofr. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 28 & habet hic jus quæsitum ex nativitate, quod secundogenitus ipsi auferre nequit. Bocer de Regal. c. 2. n. 10. Tiracquel. de jure primogen. qu. 31. Debet autem esse habilis & mentis compos, aliàs secundo genitus succedit. A. B. c. l. Quod si verò inhabilitas supervenit, Administrator ipsi datur. Linn. ad A. B. c. 7 §. 2.

Electorum Collegium excipit Collegium PRINCIPUM, quorum magna in Imperio Rom. est eminentia atque dignitas, per quas ab exteris nationibus facilimè dignoscuntur. Liberi enim sunt Principes, neminem nisi solum Imperatorem agnoscetes, qui ad exemplum Maximiliani I. gloriæ sibi ducere debet, quod liberis Imperii Principibus imperet. Paurmeist. de jurisd. l. 2. n. 28. Hinc emphaticum Germanorum, verbis brevibus magna rerum pondera complectens: Die Teutsche Nation ist ein frey Reich/ und billich das freyeste auff aller Welt. Hortled. de caus. bell. Germ. l. 4. c. 5. p. 65. Proinde patet magnam esse differentiam inter Principes Imperii, Reichs Fürsten/ & Principes, qui vocantur schlechte Fürsten/ qui alterius jurisdictioni sunt subjecti. Rudolph. de Ducib. n. 171. Spec. Saxon. l. 8. art. 58.

Hocce Collegium constat ex Imperii Principibus, Archiepiscopis, Magistris ordinis Teutonici, Abbatibus Principali dignitate fulgentibus, Prælati & Comitibus Imperii, qui singuli immediatè Imperio subjecti sunt, & vocatur Senatus Principum, der Fürsten Rath. Paurm. c. 17. l. 2. c. 8. & seqq. Illustrare hoc Collegium olim in duo divisum fuit scamna, quorum primum à dextro latere Ecclesiasticum, alterum seculare dicitur,

tur, sed post J. P. O. tertium etiam scamnum ex transverso pro
A.C. addictis Episcopis introductum fuit. *Instr. Pac. art. 5. §. 6.*
Hermes. Fas. Jur. publ. c. 23. §. 1. n. 3. & seqq. ibique scema
scamnorum.

Munus Directoriale in hoc Collegio gerunt alternativè,
Archi-Dux Austriacus & Archi-Episcopus Salisburgensis, ita
tamen, ut Austriacus semper in Comitibus initium faciat: *A. der*
Grundveste p. 2. c. 5. Olim quidem Magdeburgensis & Salis-
burgensis, qui Germaniæ primates dicuntur, jure proponendi
gaudebant; sed quia Magdeburgensis Episcopatus post muta-
tam religionem Romano-Catholicam Episcopo tali caruit, hoc
jure proponendi & rogandi non est usus, & hoc sibi usurpavit
Austriacus adeo, ut hodie in possessione præcedentiæ sit. *Lebm.*
l. 7. Chron. Spir. c. 24. Contradixit quidem sapissime Salis-
burgensis, quippe cui soli post abdicationem Magdeburgensem
hoc jus competiit, asserens, se ex merâ propensione & volun-
tate, neutiquam vero de jure in consortium assumpsisse domum
Austriacam, & quidem cum expressâ reservatione jurium Capi-
tuli: & nunc jus inde elicere velle Domum Austriacam: *Limn.*
in Jur. Publ. tom. 4. l. 9. c. 1. ibi: Ego in Relationibus de Comitibus
1640. 1641. observavi, Archiducis partes primas fuisse, tam in so-
lennitate ejus diei, quo propositio Casarea facta, quam in Prin-
cipum Senatu, ubi Directorio uti cæpit. Contradixit quidem
Salisburgensis Legatus, sed Austriacus respondit. Das Haus
Desterreich hätte aus angebohrner Milde das Erbsiift Salz-
burg zur alternation bey dem Directorio kommen lassen/ und wa-
ren unterschiedliche Vergleichhe vorhanden/ wegen des Vor-
gangs zur Kirchen/ bey der Proposition und Rath/ Man inherire
der possession, und stelle die Salzburigische protestation an ihren
Ort etc. Regessit Salisburgensis. Man hätte von denen Verträ-
gen keine Nachricht/ die Acta wiesen/ daß vielmehr Salzburg
dem Hause Desterreich hierinnen zu Gefallen nachges. hen/ im-

maßen die reversales à Maximil. I. & Ferdin. I. vorhanden. Sed
Austriacus repetiit priora & c. Hac Limn.

Rationem investigasse, cur Austriaco Duci prærogativa
 & eminentia hæc præ aliis Ducibus competat, perdifficile haud
 erit, si perpendamus, Domum Austriacam, postquam ad fasti-
 gium Cæsareum evecta fuit, multis eximiis sibi prospexisse pri-
 vilegiis, inter quæ palmam quasi ducit, ut præ omnibus secula-
 ribus Principibus post Electores primam habeat sessionem:
R. A. de anno 1582. non tam ob generis antiquitatem, quam
 ob ditionum amplitudinem, & quod dignitatem Cæsaream per
 aliquot secula possederit. *Monzamb. de St. J. Germ. c. 2. §. 3;*
 Ita enim cautum est inter alia, in eorum privilegiis: *Daß ein
 Herzog von Oesterreich in Comitiiis soll als Pfalz-Herzog ge-
 halten werden / und nichts desto weniger im Sitz und Gang zu
 der rechten Seiten des Reichs die erste Stätte nach denen Chur-
 fürsten haben und behalten. Nolden de Nobil. c. 9. n. 173.* Et hoc
 modo in Senatu Principum, tanquam supremus, Directorium
 cum Archi-Episcopo Salisburgensi alternis vicibus obtinuit.
 Salisburgensis vero Episcopus, dignitate muneris Directorialis
 gaudet, quia hodie inter Archi-Episcopos & Episcopos post E-
 lectores præ cæteris eminet, & Rom. Sedis Legatus natus est.
 Huic primum locum etiam ante Magdeburgensem tanquam
 vetustiori deferendum testatur *Goldast. in Polit. p. 6. p. 373.*

Tertium & ultimum Collegium constituunt Civitates
 Imperiales, *der Reichs-Städte Rath* / quæ in duas classes (vul-
 go scamna) separantur. Una est Rhenana, altera Suevica. In-
 ter Civitates, quæ ad scamnum Rhenanum pertinent, primus
 locus debetur Coloniae, unde etiam ejus Legatus primum oc-
 cupat Locum. In Suevico vero scamno, primus locus compe-
 tit Civitati Ratisponensi. *Oldenb. in Limn. enucl. l. 4. c. 72. n. 39.*
 Munus Directoriale in his Civitatibus regulariter non ex præ-
 cedentiâ, quam una Civitas, sive in scamno Rhenano sive Sue-
 vico

vico præ aliâ habet, profluit, sed ab illâ exercetur, in quâ Comitia celebrantur, quæ expediendi muneris sui causa Senatorum nonnullos aut Syndicum, cum adjuncto Secretario, è gremio suo deputare solet: *Knipschild de jur. ac privil. Civit. Imper. l. 1. c. 11. n. 17.* Quod si verò in Civitate Imperiali Comitia non celebrantur, illi Civitati Directorium competit, quæ in illa classe prima est, ubi Comitia celebrantur. *v. A. der Grundveste p. 2. c. 6.* Quo tempore autem Civitates Imperiales jus Comitiorum obtinuerunt, ex historiarum monumentis vix tutò asserere licet. Equidem tradit *Lehm. in Chron. Spir. c. 3.*, seculo jam XII. Cæsares ad Comitia illas convocasse, sed hujus assertio de urbibus Italiæ est intelligenda, quarum tunc temporis potior ratio fuit atque Germanicarum; testante ipso *Lehm. eod. cap.* Probabile itaque erit, seculo tandem XIV. ad Comitia admittas fuisse. Hinc etiam *in Caroli IV. A. B. in fin. proæm.* cæteris Imperii Statibus annumerantur, *Conring. de Civ. Imper. t. b. 53.* & variis prærogativis, titulis & honoribus cohonestatæ fuerunt: vocantur enim Imperii membra, illustres Respublicæ, fulcra & columnæ Imperii: *Oldenb. c. tr. l. 4. c. 1. §. 1.*

CAP. VI.

De

Materiâ Subjectivâ, in conventibus particularibus.

Conventus universales sequuntur particulares, qui cum ex parte in divisione sint perlustrati, reliquos hîc, quantum instituti ratio patitur, delibabimus. Inter illos autem primum locum sibi vendicant Conventus Deputatorum, qui Epitomen Comitiorum constituunt, vulgo die *Deputation-Sage*. Sæpe enim in Comitibus universalibus negotia, cum *Natura* novas subinde formas edere deproperet *l. 2. §. 16.*

C. de

C. de V. J. E. omnia explicari non possunt, quæ ibi tandem à Cæsare & delectis expediri debent: *N. A. zu Regensburg de anno 1594. §. als wir denn/* qui quidem Recessus tantum de iis Deputationibus loquitur, quæ ratione defensionis publicæ instituebantur; postea tamen usu obtinuit, ut etiam de aliis negotiis ordinariæ Deputationes fiant: *Burgold. ad J. P. disc. 19. n. 1.* Motus hinc fuit *Æneas Sylvius* joculari *Epistol. 92. asserens*; omnes Germanorum diætas esse foecundas, & quamlibet in ventre habere alteram, & credibile esse, quia foemineum sit nomen, libenter imprægnari diætas, & parturire. Ordinarios deputatos *ex R. J. 1654. art. 5. §. 18.* observare licet; & quamvis inter Dominum Brandenburgicam & Saxon. invicem lineæ protestatæ sint, quæ protestatio etiam actis inserta; hæctenus tamen nihil aliud introductum. *Paurmeist. de jurisdict. l. 2. c. 2. n. 115.* Ad has diætas convocat Moguntinus non tamen proprio sed Cæsaris nomine: *Besold. tbes. Pract. L. D. n. 11.* & comparentes Status in duo separantur Collegia, Electorum & Principum; de quâ re magna fuit contentio inter Senatum Electorum & Principum, dum Electoribus separatim Collegium Principes concedere noluerunt; quæ lis adhuc indecisa est. *Oldenburg. in Limn. enucl. l. 4. c. 72. §. 66.* Directorium in his diætis habet Moguntinus in Collegio Electorum, & in Collegio Principum Archi-Dux Austriae, tanquam Collegiorum primi.

Conventus Deputatorum sequuntur Conventus Circulorum (*die Kreiståge*) qui ortum suum Maximil. I. debent. Cum enim Germania turbulentis & periculosis temporibus implicaretur, gloriosissimus hic Imperator de medelâ cogitavit, quâ vires Imperii & Ordines contineret, tumultus vero civiumque discordias, quibus summæ etiam dilabuntur respUBLICÆ, everteret. Sic igitur anno 1500. in Comitibus Augustanis Imperium in sex Circulos distribuit: *Cammer. Gerichtsordnung zu Cosniz/ de anno 1507. tit: Wann das Cammer. Ge*

Gericht angehen soll: *ibi*: Aus den sechs Creisen zu Augspurg gemacht etc. Hisce postea urgente publicâ necessitate adhuc quatuor anno 1512. additi, ut omnino decem essent. *R. A. zu Cöln anno 1512. §.* Darauff haben Wir samt denen Ständen zehen Zirckel verordnet. Regnum vero Bohemiæ, cum Silesiâ & Moraviâ adjunctâ, ad nullum Circulum pertinet, neque peculiarem constituit: *Monzamb. de Stat. Imper. Germ. c. 2. §. 15.* Quò autem in his omnia feliciter & ordine procedant, quilibet circulus habet unum aut duos circenses Principes, qui habent potestatem edicendi conventus: Germanis dicuntur, **Creiß-ausschreibende Fürsten** / quorum præcipuus autoritate, dignitate & potentiâ pollens plerumque Directorium gerit: *Myler de Princip. & Stat. Imper. p. 1. c. 12. §. 12.* Nulla quidem Imperii lex in specie adest, quæ potentiori aut digniori hanc prærogativam Directorii tribuit. Longâ igitur consuetudine aut præscriptione Status sibi hoc jus acquisiverunt. Conjecturat tamen *Oldenburg. in Limn enucl. l. 4. c. 73. §. 70.* inde jus hoc fortasse cœpisse, quia literis uni vel alteri, qui inter Circuli Status excellebat, quandoque ab Imperatore mandatum, ut cœteros collegas convocaret, quod hic postea in jus conferre cœpit & in suum patrocinium allegat *textus* in *R. A. zu Speyer anno 1542. §.* Darneben mögen etc. *R. A. zu Regenspurg anno 1532.* Quinam autem sint in unoquòque Circulo Directores, inspicere instituti ratio suadet. Primus Circulus est Austriacus, cujus, ut & aliorum circulorum, incorporatos exhibet *Paurmeist. de Jurisd. l. 2. c. 2. §. 126.* Director hujus est Archi-Dux Austriae, hodie Augustissimus Imperator. Secundus est Burgundicus, & hujus Director est Rex Hispaniæ. Tertius Rhenanus Electoralis inferior, & hujus Director est Moguntinus, & dicitur **Ausschreibender Churfürst** / auch Director im Chur-Rheinischen Creise. Quartus Bavaricus, cujus Directores Elector Bavaricus & Archi-Episcopus Salisburgensis. Quintus circulus Sa-

E

xonix

xoniae superioris, cujus Director Sereniss. Elector Saxoniae. Sextus, Franconicus, in quo per transactionem anno 1559. in Comitibus Augustanis factam Episcopus Bambergensis & Marchio Brandenburgensis pro indiviso munus Directoriale exercent; quanquam Episcopum Bambergensem nonnunquam plusculum sibi sumere putet Marchio Brandenburgensis, indeque se opponat. Tenorem transactionis v. *apud Oldenburger in Limn. enucl. l. 1. c. 5. § 11.* Septimus Suevicus, cujus Directores sunt Episcopus Constantiensis, & Dux Wirtenbergensis, qui posterior a tempore, quo Imperium in circulos divisum fuit, sine ulla interruptione Directorium quiete possedit & adhuc possidet: *Myler. de Princip. & Stat. Imper. p. 1. c. 12. §. 12.* Octavus Rhenensis superior, cujus Directores Episcopus Wormatiensis, & Landgrafius Hassiae Darmstadiensis; verum ad Palatinum ratione Principatus Simmern directorium rediit: v. *Oldenburger c. 1. Welt-Alter. p. 273.* Nonus Westphalicus, in hoc sunt Directores Episcopus Monasteriensis & Dux Juliacensis; jam Elector Brandenburgicus & Palatinus Neoburgicus. Decimus Saxonicus inferior, in quo Episcopus Magdeburgensis & Duces Lüneburgenses Directorium habent. Hodie tamen inter Magdeburgensem & Bremensem Directorium alternatis vicibus geritur; salvo condirectorii jure Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium. *J. Pac. art. 10.*

Potest vero quisque Circulus sibi praeficere certum praefectum militiae Circularis, (*Creiß-Obristen*) qui tamen & simul potest esse Director. Observantia hoc comprobatur in Marchione Brandenburgensi Culmbacensis lineae: v. *J. P. art. 16. §. 2. R. A. anno 1555. §. Und auff den Fall.* Hic securitati Circensium & Circuli invigilare debet: *Schütz in jure publ. disp. 10. tb. 16. lit. 9.* Caeterum de Directorum & Praefectorum Circuli constitutione, electione, qualitate, officio & potestate plene videri poterunt *R. J. de anno 1555. §. Und damit die Obri-
sten*

(35)

sten 20. & seqq. passim. add. Oldenburger in *Limn. enucl. l. 1. c. 5. §. 12. & seqq.*

Tertio ad dietas particulares referuntur conventus Electorales (*Wahlstage*) / quando vel vacante Imperio tam per mortem, quam resignationem, aut depositionem Imperatoris, vel vivente adhuc & consentiente Imperatore, Electores Imperii Regem Romanorum eligunt: *Sprenger in Jurisprud. publ. tit. de Elect. Imperat. p. 119. add. §. 36. Capit. Leopold.* Convocatio Electorum omnium ad hos conventus est de necessitate, & pertinet ad Electorem Moguntinum ex antiquo *per A. B. c. 4. §. 2.* qui hoc jure utitur; modò electus sit, quanquam non investitus: *Rumel. ad A. B. p. 1. diff. 2. tb. 13.* Sede tamen vacante ad hanc potestatem Capitulum non admittitur. *Limn. ad A. B. c. 1. §. 18. Obs. 3. & seqq.* Possunt etiam Electores non citati comparere, si Moguntinus in convocando negligens sit. Quod si vero vel ipsi vel eorum legati compareant, sacris peractis & juramento praestito, ad conclave, ubi electio instituenda est, se conferunt, & tunc solenni ritu non in scriptis, sed clarâ voce vota sua exprimunt. Directorium verò in proponendo & exquirendo habet Moguntinus, qui votum suum ultimum dicit ab Electore Saxone exquisitus. *Limn. l. 2. c. 3. n. 60. Lebm. in Chron. Spir. l. 7. c. 124.* Coeteri conventus particulares supra c. 3. videri possunt, quorsum brevitatis studio me remitto, progrediens ad

CAP. VII.

De

Objecto.



Icut munus Directoriale in variis conventibus exercetur, ita etiam objectum ejus est varium. Constituumus igitur Objectum omnes deliberationes tam in Conventibus

tibus universalibus quam particularibus occurrentes ; Et hæc concernunt vel negotia Ecclesiastica vel profana : Hæc versantur vel circa ipsum Imperium vel Status. Ipsum Imperium concernunt res arduæ : *R. A. anno 1526. §. Und als fürnemlich zc. ibi: Daß die Größe der Sachen einen gemeinen Reichstag erfordert zc.* Primariæ inter has sunt, legumlatio, jus belligerendi, foedera, contributiones, conservatio pacis publicæ &c : quas hæc vice delibabimus. Præcedit verò legumlatio : In hæc enim nervus & vinculum totius Imperii & Reipublicæ consistit, quippe quæ rationem administrandi Magistratui, subditis vero regulam vivendi præscribit : *l. 9. C. de LL. Vasqu. Controv. ill. c. 50. n. 3.* Et digna vox dicitur Majestate regnantis, Legibus se alligatum profiteri ; cum lex Regina esse debeat ac dominari non tantum civibus, sed ipsis etiam Regibus : *Plato Epist. 7.* Sic enim finis gloria Dei, conservatio justitiæ atque publici Status ædificatio obtinetur, quò omnes Leges tendere debent : *R. A. zu Augsburg de anno 1530. §. Nachdem wir zc. ibi: Alles das fürzunehmen/ zu rathschlagen/ und zu schliessen/ daß zuvörderst Gott zu Ehr und Lob/ gemeiner Christenheit und Teutscher Nation zur Wohlfahrt/ Fried und Einigkeit/ auch dem H. R. Reich zu Nus und Gedenen erreichen möchte. Item de anno 1541. §. passim.* Neque vero legum ferendarum solum, sed & latarum, ratio habetur, quæ vel confirmantur : *uti patet aus der Erklärung des Land Friedens zu Auaspurg, anno 1500. tit. Banerben Schloß zc.* vel mutantur & abrogantur, si Status Reipublicæ id requirat. Non enim semper & ubique utile, quod aliquando & alicubi utile fuit : *l. unic. C. de Cad. toll.*, sed humani juris & animi conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eà, quod diu & perpetuo stare possit : *Jena de Rat. Stat. diff. 16. Concl. 1.* ; vel declarantur, quando obscuritate aliquà laborant, & hinc in Comitibus 1557. Spiræ habitis, promissa fuit interpretatio Ordinationis Cameralis, si forte judices

ces aut assessores illius sententiam in omnibus assequi nequeant. Hanc tamen potestatem Imperator exercet, assumptis Statibus in consilium & consensum. mit Rath und Zuthun gemeiner des Heil. Reichs Ständen: R. A. zu Speyer de anno 1570. §. Weiters. Reform. Frider. III. anno 1442. ibi: Durch Anbringen auch mit Beywesen und Rath unsers und des Heil. Reichs Churfürsten und Fürsten ꝛc.

Imperatoria vero Majestas non LL. solum debet esse armata, quam armis decorata, ut utrumque tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari &c. §. 1. Proœm. Instit: Neque enim LL. sine armis tutæ: R. A. de anno 1500. in princ. neque arma sine LL. salvæ: Nov. 26. c. 1. in fin., ideo merito de jure belli in Conventibus agitur. Quamvis autem pace nihil sit optabilius, nihil tamen ant faciendum injuste, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. *Warem. de Ebreberg de Fœder. l. 1. c. 2. n. 96.* Quod si igitur armis opus, Imperator sine Statuum consensu, factâque præviâ deliberatione cum illis, bellum indicere nequit, sed prius belli causam Proceribus proponit, quæ si æqua videtur, Status Imperatori consentiunt, non tanquam superiores, sed pia membra ejusdem capitis, cum quâdam subjectionis contestatione: *J. P. art. 8. §. gaudeant.* Quod si neglecto Statuum consensu belli facem accendat, postea invitis canibus venatum ire ei difficile erit & periculosum. *Hermes in Fascic. jur. publ. c. 11. n. 133.*

Cum Correlatorum idem sit judicium, & quod statuitur in uno, statuendum etiam in alio: *l. 1. C. de Transact.* eadem etiam circa potestatem pacis pangendæ observanda erunt. Pax igitur non aliter erit decernenda, quam prævio omnium Statuum consensu & suffragio, quod enim omnes tangit, ab omnibus etiam approbari debet: *l. 160. ff. de R. J. R. A. zu Cöln und Trier anno 1512. §. Item Ob Uns. J. P. art. 8. §. gaudeant. Grot. de jur. bell. & pac. l. 3. c. 20. §. 2. & 4. Carpz. ad L. Reg. c. 6.*

f. 1. n. 5. Et notabile est, Status accurate quondam perpendisse non solum quæstionem An, sed & quomodo: *uti patet ex proœm. R. A. zu Regenspurg anno 1641.*

Sequuntur Fœdera, quæ cum potentibus ferire & gloriosum & utile Reipublicæ est. Hæc enim sunt arietes, quibus hostium conatus franguntur, consilia callida & pravæ machinationes avertuntur, contra vero potentia & gloria Magistratus augetur. *Warem. de Ebrenberg. cit. tract. l. 1. c. 1. n. 42.*

Quando vero fœdera, quæ totam obligant Rempublicam, ineunda, Imperator Comitiale liberumque omnium Ordinum suffragium & consensum requirere debet: inconsultis enim Statibus, nullum cum exteris fœdus pangere potest; quin imo hodie Imperator in Capitulatione suâ, diserte promittere & jurare tenetur, se de rebus Imperium concernentibus cum Electorum consensu vel etiam pro re natâ totius Imperii fœdera inire velle: *Capit. Caroli V. apud Schleidan. l. 1. fol. 28. Capit. Leopold. §. 10. J. P. art. 8. §. 2.* Si vero ratione ditionum hæreditariarum fœdus pangit, hoc, salvo jure Imperii, secundum tenorem *§i. Gaudeant 2. art. 8. J. P.* fieri debet. *add. Oldenburg. in Limn. enucl. addit. additionum f. 4. n. 3.*

In omnibus autem rebus rerum gerendarum nervus pecunia requiritur, sine hæc nihil neque in bello neque in pace geri potest: *Wurmser E. J. publ. 9. tb 89.* & quia ex publico ærario neque bellorum neque pacis subsidia Imperatori amplius suppetunt, nulli ferè conventus celebrantur, in quibus non de contributionibus agitur: *Rhetius in Instit. jur. publ. l. 1. tit. 4. §. 60. seqq.* Sunt autem vel Ordinariæ, vel extraordinariæ. Ordinariæ dicuntur perpetuæ & Canonica, & huc pertinet *der Anschlag des Römer-Zuges / collationes ad sustentationem Camerae, Erhaltung des Cammer-Gerichts*; quæ quidem in initio temporariæ fuerunt: *R. A. zu Speyer anno 1544.* postea tamen perpetuæ factæ sunt & ordinariæ: *Ordin. Camer. p*

tit. 42. & seqq. Extraordinariæ perpetuæ non sunt, sed cessante causâ cessant, quorsum refertur *die Türcken-Steuer* / & quæ pacis tempore pro varietate utilitatis Reipublicæ impenduntur. *R. U. zu Regenspurg de anno 1576. §. Wir haben. Oldenburg. in Limn. enucl. l. 2. c. 18. § 35.*

Sicut autem nullus in toto orbe reperitur Rex aut Princeps, cui fas habeatur tributum subditis suis pro mero imponere arbitrio, & ut de facultatibus eorum pro lubitu decernat. *Klock. de Contribut. Concl. 7.* Ita Sacratissimus Imperator in Imperio non aliter quam prævio Consilio & consensu Imperii collectas imponere potest, neque in alium usum impendere, quam in quem Status Imperii eas voluere: *§. 13. Capitul. Leopold. J. P. art. 8. §. 2.* Quod quidem Imperatoris Majestatem minimè evacuat: *Heig. 1. qu. 18. n. 8.*

Multas noctes insomnes ducit Princeps, ut quidem subditis præparet: *Nov. 8. in præf.,* id quod in ipsis rerum argumentis præstitit Carolus IV. *testante A. B. tit. 12.* Quæ sane causa, cur in Diætiis inter alia pacis publicæ ratio habeatur: hæc enim deficiente contremiscit Respublica, & tandem intra propria viscera sæviens corrui: *Patric. de Republ. l. 6. tit. 6.* Quod malum ut avertatur, multæ salutares constitutiones extant, quas Circuli manutenere tenentur. *R. J. de anno 1555.* Pertinet enim inter alia ad negotia Circulorum defensio pacis publicæ, quæ in comprimendis & sedandis motibus & vi publicâ consistit. *Limn. l. 1. c. 7. n. 20.*

Negotia quæ Status concernunt sunt amplissima. Versantur enim vel circa eorum privilegia & præcipuè titulos; (citius enim re cedunt quam titulis: *Monzamb. l. 1. c. 1. §. 14.*) vel jura sessionis, possessiones castrorum, dissidia inter se &c. quæ omnia recensere & explicare instituti ratio non permittit. Possunt, si libet, videri *Oldenburg. in Limn. enucl. l. 1. c. 17. 18. 19. Myler de Princip. Imper. p. 1. c. 15. & 13. Fritsch. de Palat. & alii.*

Sequun-

Sequuntur nunc negotia Ecclesiastica, quibus pro fundamento posita est religio. Prima autem & præcipua cura Principis esse debet, ut religio & cultus Dei sincerus, tanquam fulcrum & fundamentum Reipublicæ Christianæ, introducatur & conservetur. *Althus. c. 9. Polit. n. 36.* Sublatâ enim religione publica honestas & disciplina corrui. *R. A. zu Regenspurg de anno 1532. rubr. Consilium betreffende.* Trium autem Religionum exercitium, puta Romano-Catholicæ, Lutheranae & Reformatæ, in Imperio R. G. receptum est, & præter dictas religiones, nulli alii exercitium conceditur: *art. 7. §. ult. J. P.* Judicium de his religionibus videri potest *apud Monzamb. de Statu Imper. German. c. 8. §. 6. & seqq.* Quamvis vero potestas & cura religionis Christianæ Imperatori Romano tribuatur, ut ea propter dicatur *Ein Schutz- und Schirm-Herr der gansen Christenheit: R. J. de anno 1518. §. Erstlich etc. & supremus Præfectus. R. A. zu Augspurg de 1530. §. Auf solch.* confer *Lupold de Babenberg de jur. Regn. c. 3. Menoch. A. J. 2. Cas. 338. n. 7. l. 2. cent. 4.* hoc tamen salvò jure Episcopali Statuum Imperii, quod vigore territorialis Superioritatis ipsis competit, denuoque per Pacem religiosam ipsis assertum & pace Osnabrugensi confirmatum est, intelligendum: *J. P. art. 8. §. 1. & art. 5. §. 30. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 82. §. 5.* **Dann die Freyheit in Religions-Sachen ist der Stände höchstes Regal,** dixit Landgrafius Mauritius apud Hordleder. Qui igitur potestate hâc Sacrorum gaudent, in suis quidem territoriis receptam in Imperio R. G. religionem cui addicti sunt, possunt introducere; *art. 5. §. 20. J. P.* subditos tamen hanc religionem amplecti nolentes, nullo modo vexare, inquietare aut ad illam cogere debent: *Myler. de Princip. & St. J. p. 2 c. 83. §. 4.* sed si anno 1624. in reali possessione vel quasi religionis fuerunt, eos & imposterum inturbatos in tali possessione manere patiantur, si non fuerint, æquas emigrationis condiciones indul-

dulgeretententur: *J. P. art. 5. § 31. & 37.* Neque enim major Tyrannis est, quam imperare velle conscientis: *Gastel de Stat. publ. Europa p. 45.* Reges sunt Reges & Domini populorum non animarum: *Warem. ab Ebrenb. de Fæd. l. 1. c. 2. n. 14.*, & cultus Dei ex libero animo provenire debet, non vi esse coactus: *Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 20. §. 48.* Gladio enim igne & exilio hic nihil efficitur, sed sancta prædicatio prævalere debet, & tò compelle nullâ aliâ ratione potest ac debet fieri, nisi pure spiritualibus & verè Ecclesiasticis modis & remediis: *Altb. c. 28. Polit. n. 63. & 64.* Hinc ipsi Catholici Theologi asserunt, ne quidem peccato aliquo veniali aut parvo mendacio, conversionem etiam omnium totius orbis infidelium tentandam esse, sed id potius Divinæ providentiæ reliquendum. *vid. elegant. dissert. de modo procedendi in Gallia contra Reformat. Gall. lingu. sic edita; Discours sur la Maniere de proceder à la Cour de France pour extirper l'Herésie, c'est à dire le Protestantisme ou Calvinisme 1685.* Porro ex hoc jure Episcopali fluit, omnem Principem se suosque subditos in sua religione defendere posse, imo teneri. Tutela enim Ecclesiæ ipsis à Deo demandata est, quam si negligunt, Christo rationem reddere teneantur: *Deut. 17. & 39. R. J. Norimb. de anno 1524. §. VII vielgedachte. Arniseus de jur. Majestat. l. 2. c. 6. n. 4. & seqq.* quapropter si à superiori cum subditis in Religionis exercitio turbentur, seque impares ad hanc defensionem judicant, prohiberi non poterunt fœdera, pro tuendâ Religione & fide, contrahere. Incumbit enim Magistratui summo defendere, conservare & vindicare religionem contra turbatores: *Tholos. de Republ. l. 8. c. 2. præprimis, si contra LL. & privilegia opprimerentur subditi. Warem. ab Ebrenb. de Fæder. l. 1. c. 2. n. 240. Thesaur. Decis. 91. Vasqu. ill. qu. l. 1. c. 8. n. 14. & c. 18. n. 10. & 11.* Quæ tamen in merè subditis aliter se habent: his enim si in Religionis exercitio ab ordinario suo Magistratu turbantur, ordi-

F

naria

naria actio fractæ pacis publicæ in Camerâ est prodita, quæ Statibus etiam contra Status competit: *Gylman tom. 1. p. 1. p. 179. & seqq.* Latus hic aperitur campus dicendi de bonis, quæ religionis exercitium comitantur, sed pagellæ quas paucas esse volui hoc non ferunt: remitto igitur *me ad Syringii diff. de Pace Relig. Concl. 38. & seqq.* Deproperans ad

CAP. VIII.

De

Causâ Formali.

Forma dat esse rei, & sicut in judiciis ordinationes & observantiæ omne absolvunt punctum, cum nosse stylum Curia plus valeat quam tota scientia juris. *Illustr. Dn. Stryk Præceptor & Patronus quondam meus etatem devenerandus in Introd. ad Prax. c. 1. §. 7.* Ita imprimis in Diætiis & Collegiis Statuum Stylus & Observantia exacte observari debet. Neque enim facile aliquid novi introducendum, cum nova non semper tuta, nisi evidens in novo cernatur utilitas: *l. 2. ff. de Constitut. Princip.* Jucunda huc pertinet historia, quam refert *Schupp. in Orat. de Usu & præst. Nib:* ubi Politicos, qui à Patrum nostrorum moribus recedunt, semperque instituta nova crepant, non quia bona, sed quia nova, comparat cum Orbilio, qui Grammaticam reformaturus, noluit discipulos suos dicere, sum, es est, sed sum sus, fut, cui vir quidam antiquitate fidei & morum præstans in aurem dixit; Sum, sus, fut, *thut kein gut/ sum, es, est, laß es bleiben wie es ist geweest.* Forma autem muneris directorialis in Collegio Electorali consistit (1) in Statuum ad Consultationem convocatione. Convocationis modus, ex antiquâ observantiâ Electori Moguntino in Comitibus competit. *A. B. tit. 1.* Forma vero seu ipsa conventio ad Archi-Mareschallum, aut Imperii Mareschallum pertinet. Simul-

ac

ac enim propositio ad dictaturam data, Statibusque communi-
cata, tunc deliberationibus publicis via panditur, & schedula ex
Cancellariâ Moguntinensi Archi-Mareschallo si præsens, vel
in ejus absentia Imperii Mareschallo transmittitur, quâ diem
& horam deliberandi Statibus Imperii denunciare jube-
tur. *Aut. der Grundveste p. 2. c. 3. Bertram de Comit. m. 5.*
§. 68. Formulam hujus Schemulæ exhibet *Lebm. in Chronic.*
Spir. l. 7. c. 124. n. 5. Jubere igitur Cancellaria Moguntinensis
potest, ut Mareschallus Imperii convocet Status, ipsa vero ne-
que per se neque per alium convocare potest. Quapropter,
cum anno 1613 in Comitibus Ratispon. Directori Austriaco ex
Cancellariâ Mogunt. Schemula insinuaretur, ut conventionem
ad horam tertiam indiceret, renuit hoc ille, hanc insinuatio-
nem Vice-Mareschalli officium esse, asserens: & licet Mogunti-
ni replicarent, Archi-Mareschallum hanc insinuatione esse con-
tentum, in Consilio tamen Principum contradictum fuit, quod
derogaretur Electori Saxonie, & esset contra receptum stylum
& morem. *Hermes Fascic. jur. publ. c. 36. §. 9. n. 55.*

Quemadmodum vero omnis legalis citatio essentialia
sua requisita continere debet: *Dn. Stryk. in Introd. ad prax. c.*
4. §. 13. Ita quoque in convocatione Statuum ad Consultatio-
nes literæ indictionales continere debent, (1) nomen vocan-
tis, (2) nomina vocandorum, quæ tamen sub generalibus di-
gnitatum nominibus tantum exprimuntur. v. g. *Churfürsten/
Fürsten und andern Ständen des Reichs.* (3) Temporis ex-
pressionem. Causam ob quam in schedulâ exprimere, recepti
quidem moris non est, interim tamen, ut à Directoribus in
conventu proximè præterito moneatur, requiritur: *Lebm in*
Chron. Spir. c. l. ne scilicet postea novâ dilatione ad deliberan-
dum opus sit: *Mynsinger Cent. 5. Obs. 85.* hanc enim deficiente
Status parati & præmeditati comparere non possunt, quod ta-
men negotiorum gravitas requirit, si præprimis acta antea per-

Instranda sunt. Quod si intermissum, Status non sine indignatione monuerunt: *E. S. von Heerden p. 2. c. 3. p. m. 91.*

Et quæ hîc dicta sunt, etiam in diætis particularibus, in quibus jus convocandi Moguntinus habet, observari debent. Cum vero hoc jus convocandi ipsi præ cæteris in conventibus Electoralibus (*Wahltagen*) competat: *A. B. tit. 1. & tit. 4.* convocatio ibi legaliter & secundum omnia sua requisita instituenda est, adeo, ut & his literis indictionalibus causa convocationis inferi debeat: *B. Behm. ad A. B. E. 3. §. 20.* Quod si unum requisitum fuerit omissum, convocatio erit invalida, quia Carol. IV. immutabiliter ea observari præcepit. *d. tit. 1. c. 20.* Quoties igitur à lege requisita deficit solennitas, actus ipso jure non subsistit: *Rumel. ad A. B. p. 6. diff. 6. sb. 11. l. 55. ff. de Condit. Demonstrat.* quod procedit, etiamsi in aliquâ tantum parte solennitas non fuerit observata, est enim indivisibilis: *Cardin. Tuscb. Pract. Concl. 415.*

II. Consistit forma muneris Directorialis in faciendâ propositione in Collegiis, quæ utpote omnium actionum instituendarum principium, basis & fundamentum, à Directorio non nimis generaliter, sed clarè, perspicuè & cum omnibus circumstantiis sine interruptione fieri debet: *A. der Grundveste p. 3. c. 4.* Qualis autem ordo, & an idem in deliberando, qui fuit in propositione Cæsareâ tenendus sit, quæritur? Nullum sane est dubium, Directores causas graviores & majoris momenti præferre posse, cum hoc Imperii salus postulet: *R. A. zu Regenspurg 1576. §. Darauff/ ibi: als den wichtigsten ꝛ. R. A. zu Speyer de anno 1642. §. Demnach haben wir.* Sic causa religionis in Comitibus August. 1530. tanquam gravior & ponderosior primo definienda suscepta fuit, & quanquam eadem Imperator negotium de apparatu bellico contra Turcas præferendum voluerit, nihilominus tamen Elector Saxonie cum reliquis Protestantibus obtinuit, ut punctus Religionis
pri-

primò definiretur: *Limn. t. 4. l. 9. c. 1. n. 152.* Alias in eo est, ut non temerè nec facile ab ordine propositionis recedendum, si nullæ rationabiles causæ possunt allegari, cur alio quam in propositione servato modo deliberationes institui debeant: *A. der Grundveste p. 3. c. 2;* ubi prolixè ex multis Recessibus Imperii hanc quæstionem resolvit. *Henning de Summ. Imper. pot. c. 2. §. 28.* Arcanum hîc notat *Monzamb. c. 5. §. 26. n. 2.*

Sed ad quem dijudicatio ordinis in proponendo & deliberando inter Status pertinebit? Sunt, qui plurimum hîc Collegio Electorum deferunt, adeo, ut ex hujus Collegii dispectione & iudicio de toto Processu consultationis constare debeat: *Albus. c. 33. Polit. n. 68. & 69.* Verum hoc nullo nititur fundamento: Aliorum enim Statuum placitum æquè ac Electorum suam vim & auctoritatem habere debet, cum nullâ expressâ vel tacitâ lege Electoribus hîc prærogativa concedatur, ideo & cæteros Status super Ordine deliberare experienciâ comprobari, testatur *Hermes Fasc. jur. publ. c. 36. n. 71.* Sic in Comitibus anno 1645. Directorium in Collegio Principum ratione modi & ordinis deliberandi votum hoc modo proposuit: *Weil man befindet/ daß die Kays. Maj. die Ordnung wohl observiret/ so wäre nicht rathsam solche umbzukehren etc. vid. aut. der Grundveste p. 197.*

III. Muneris Directorialis formale est, votorum ab actuariis publicis inter actum suffraganti calamo exceptorum convocatio. *Henning de S. Imp. Rom. pot. c. 2. §. 44.* Vota in Diactis nostris aperta sunt, quæ certis rationibus proferuntur, & propositioni quadrare debent, alias enim sunt impertinentia. *Aut. der Grundveste p. 3. c. 4.* Hæc Director Collegii convocare, convocata perquirere & ex iis conclusum formare debet.

IV. Ad muneris Directorialis formam pertinet, ut Conclusum in scriptis concipiat, quod Collegio prælegitur, concessâ unicuique ex Ordinibus potestate, qui sua etiam separata acta in propria tabellâ habere possunt, ut verecunde moneant,

quid præterea in Rempublicam ipsis esse videatur. *A. der Grundveste c. l.* Quomodo autem, & an secundum Majora vel saniora conclusum formari possit, intricata fuit quæstio, quæ olim in Comitibus Ratispon. 1613. multum dissidii peperit inter Status & eruditos, præprimis cum infausta Religionis dissidia foverentur. Et licet non negandum, majora regulariter post se trahere minora, cum (1) naturalis ratio hoc suadeat: *Grot. l. 2. c. 5. §. 17.* multi enim rectius ferre judicium præsumuntur quam pauciores: *Aristot. 2. Polit. 12.* (2) jus Civile approbet *l. 17. §. 6. ff. de Recept. l. 39. ff. de re Judic. Nov. 120.* (3) Jus Canonic. concordet: *c. 1. x. de his, quæ fiunt à Maj. part. Capit. v. Ziegler ad Lancellott. l. 1. c. 6. §. 11.* (4) Publica jura hoc doceant: *N. A. zu Eßlingen de anno 1526. in pr. A. B. c. 2. §. 4.* Semper tamen & ubique majora non attenduntur, sed per Pacificationem Osnabrugensem *art. 5. §. 9.* varia excipiuntur, in quibus pluralitas votorum locum non habet. Primò excipitur causa Religionis, in hac enim Status ut unum corpus considerari non possunt, neque ibi considerandum est, quid maxima pars opinetur, cum sacer morbus sit opinio, sed quid verum sit; prouti benè monuerunt Johannes Elector Saxoniae cum Philippo Landgrafio Hassiae & reliquis Protestantibus contra Recess. Spir. anno 1529: *Hordleder de caus. bell. Germ. l. 1. c. 4. n. 2. Limn. l. 9. c. 1. n. 92.* Sola igitur amicabilis compositio in hac causâ lites dirimat *per d. art. V. J. P.* Quæ sententia procedit, quantum ad fidem internam quis cogi non possit ad assentiendum Decreto ex pluralitate facto: Cavendum tamen maximopere est, ne publicè doceatur contra plurimum sententiam, à Magistratu ipso & maximâ parte pro verâ approbatam, alias hæreticis peccandi licentia præberetur: *Strauch. diff. Exot. 6. tb. 21.* Alia Exceptio est in materiâ Collectarum, quæ *in d. art. J. P.* indecisa remansit, ad proxima Comitibus remissa; sed neque in his decisa fuit. Distinguunt quidem Evangelici
in

in Senatu Principum inter contributiones, quæ pro publicâ Imperii utilitate & necessitate imponuntur, & in his majoris partis vota valere æquius esse putant, quia hoc casu res non singulos sed omnes tangit, quatenus nempe causa propter quam exiguntur, universum Imperium concernit. *Klock de Contrib. Concl. 6. per tot. Reinking de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 8. n. 66.* Secus in voluntariis. Sed hanc distinctionem Senatus Civitatum Imperialium in Comitibus anno 1654. admittere noluit, insistenti rationi, quod nempe in his, ubi Status ut unum corpus considerari nequeunt, pluralitas votorum non debeat attendi: *Weil es hart und der natürlichen Freyheit zu wider sey/daß einer in des andern Beutel in infratum hinein/ und denselben wol gar von Land und Leuten und aller Wohlfahrt votiren könne: Limm. l. 9. c. 1. n. 182.* Nihilominus tamen hæc distinctio Protestantium ab Electorali Collegio etiam recepta fuit, hoc tamen sensu, ut omnes Collectæ Imperii ratione causæ pro necessariis ac utilibus, ratione consensus Statuum vero pro voluntariis haberi debeant. Catholici vero voluerunt hodie omnes Imperii Collectas respectu dantis esse voluntarias, illas enim non per præceptum ab Imperatore, sed consentientibus Statibus imponi. Protestantes verò distinctionem suam propugnarunt. *Burgold. ad J. P. p. 2. Disc. 19. n. 5.* Cœteras exceptiones v. apud Bertr. de Comit. th. 74. Hactenus actum de jure majorum Votorum, videndum nunc quæ sint majora: Et hic non sufficiunt majora votantium, nisi & illa insuper sint majora Collegii. Sic v. g. si in Collegio sint XII. & tres velint habere hoc, quatuor aliud, quinque tertium, hoc tertium quidem haberet majora votantium, sed tamen iterum rejicitur per majora Collegii, cum jamdum septem contradicant. *Myler de Princip. & Stat. Imper. p. 1. c. 15. §. 26.*

Factum sic Conclusum & approbatum ad dictaturam datur, & postea alteri Collegio communicatur. Quo facto procedi-

ceditur ad re & correlationes, quod (V) muneris Directorialis officium constituit. Hoc sine Electores plerumque in Comitibus in certo loco conveniunt, (*Auff den Re- und Correlation-Saal*) vocatoque Principum Collegio, Moguntinus sententiam Collegii Electorum cum rationibus refert, & Principes vicissim per Directoria Collegii sui sententiam aperiant & Collegio Electorum communicant. Quod si hæc duo Collegia ratione sententiæ inter se discrepant, tamdiu re & correlationes instituunt, donec altero alteri cedente in idem placitum consentiunt, & tunc tertium Collegium Civitatum per Secretarium Moguntin. vocatur. Si autem in Contradictoriis versentur, atque in iis persistant, nihilominus tertii Collegii sententiam audiunt, atque illi exponunt, in quo consensus vel dissensus sit: quod vicissim per Directorii Syndicum sententiam suam explicari curat. *Aut. der Grundv. ste p. 2. c. 6.* Ex quibus liquet quod quanquam Civitates Imperiales votum decisivum vi *J. P. art. 8. §. 4.* habeant, ad simultaneam tamen Re- & Correlationem non admittantur. Quapropter voti sui Decisivi vis ac robur in eo tantum consistit, quod sine iis integrum totius Imperii placitum à Collegiis superioribus Electorum & Principum constitui nequeat. *Rbet. in Inst. jur. pub. l. 2. tit. 24. §. 14.* Tandem sententia Collegiorum sive concors s. discors Cesareæ Majestati per certos deputatos refertur: *de quibus v. Lehm. in Chron. Spir. l. 7. c. 124.* An igitur Imperator ex plenitudine potestatis, si Status inter se convenire non possunt, litem dirimere possit, quaritur? Sane novum non est, nec exempla defunt, Principes & Status Imperii hanc Imperatoris potestatem agnoscere noluisse, neque sine ratione: *R. A. de anno 1545. §. Und Wir Churfürsten etc.* Si enim illa potestas Cæsari concedatur, haberet ille quasi in manibus omnem Comitiorum vim & auctoritatem, & non nisi dicis gratia conventus instituerentur *Burgold. ad J. P. p. 3. disc. 3. n. 2. Rumel ad A. B. p. 2. diff.*

diff. 3. eb. 19. Verum enimvero nulla hinc est inter Imperatorem & Status controversia, ut proinde libertatem suffragii ipsis adimi videri possit, sed lis inter Status ipsos, quam componi publica salus postulat, ne ob illorum Statuum dissensum & discordiam, totius Imperii concordia & tranquillitas perturbetur, atque negotia ipsorum Statuum pro derelicto habeantur: Ad eum finem enim ad Regiam dignitatem elevatus est Imperator, ut caput sit membrorum, supremusq; moderator Imperii, qui debita atque utilia procurare debet. Nulla igitur est causa, cur Imperator Statibus litigantibus ex plenitudine potestatis iudex competens esse non debeat: *v. autor der nothwendigen Erinnerung contra die Donatwertische Information p. 1. p. 237. Knipschild de jur. & privil. Stat. Imp. l. 3. c. 13.* Neque etiam exempla desunt, Status ipsos motu proprio interpositionem Caesaream petiisse; *Sic in Comit. Ratispon. 1576. ita supplicarunt: Derohalben Unsers allerunterthänigsten Erachtens unvonnöthen/hierinnen auff des einen oder andern Theils Bewilligung zu sehen/sondern Ew. Käyserl. Majest. als das Oberhaupt und Handhaber aller Ordnung haben dießfals vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung größeres Unraths und besorgter Weiterung im H. Reich Ihr Käyserl. Ambt zu interponiren. Confirmat hoc R. A. zu Speyer de anno 1544. §. Als Wir aber 2c. v. Goldast. in Reichs-Handlungen fol. 85 & 86. Limn. l. 1. c. 13. n. 42.* Hæc tamen plenitudo potestatis non utique sic debet intelligi, ut per illam inter Status Recessus vel lex Imperii universalis protinus constituatur; sed vel hunc aliquando habebit effectum, ut Status ad concordiam redigantur. *v. Henning de Summ. Imper. pot. c. 2. §. 56. Bertram de Comit. tb. ult.*

Alia igitur rerum facies erit, si Cæsarea Majestas ab unâ & Ordines ab alterâ parte in Contradictoriis versantur, & tunc ab unâ parte dissentiente alterâ nihil agitur, sed disceditur re infectâ, adeoq; aut proroganda Comitia, quibus denuò consul-

retur res, aut amicabili compositioni lis relinquenda, aut coepta
 causa prorsus est deserenda, si de concordia desperetur: *Paur-*
meister de Jurisdic. l. 2. c. 2. n. 30. Sed transeo ad

CAP. IX.

De

Effectu.

Nullum est jus, nulla Facultas, quæ si traducatur in actum
 suos non habeat effectus. Nostri muneris Directoria-
 lis effectus est Conclusum seu placitum Collegii, quod
 Director ejusdem ex majoribus votis, si natura rei hæc admit-
 tat, in scriptis concipere debet: quod deinde publicè prælegi-
 tur, quo quilibet Status, si quid monere habeat hoc licitè faciat.
E. J. von Heerden p. 2. c. 5. Formari hoc debet in congrega-
 tione universorum vel majorum, (quia sufficit, majorem par-
 tem Collegii adesse. *Bodin. l. 3. c. 7. de Republ.*) Res enim ad o-
 mnes ut universos collegas pertinent. *Vant. de Nullit. ex def.*
jurisd. n. 175. & seqq. Losæus de jur. Univers. p. 1. c. 3. n. 84. Nul-
 lum autem Imperium in concludendo habet Director, sed præ-
 cise secundum votorum pluralitatem in iis rebus, ubi Status ut
 unum corpus considerari possunt §. *Gandeant 8. art. 5. J. P.*
 conclusum facere tenetur, neq; hîc arbitrium est, majora si mi-
 nus ei placent rejicere aut refutare, sed ministerio suo non ma-
 gisterio uti debet. *Henning. de S. J. P. c. 2. §. 45.* Quod si vero
 munere Directoriali abutitur & autoritatem in alios Status sibi
 de facto arrogare vult, remedia quibus intacta jura servari pos-
 sunt, adhibere licet, *quod evincit notabilis l. 5. C. de jur. Fisc. &*
Simon von Zeuven ad d. l. P. Peck de jur. Sist. c. 22. & 23. Anton.
Fab. ad Codic. l. 7. tit. 20. def. 15.

Abnuit quidem in Comitibus anno 1654. Directorium
 quoddam secundum Majora concludere, cum die 23. Januarii
 super

super modo tractandæ Capitulationis deliberaretur, sed gravi-
 ter hoc tulerunt Status hæc expressâ repræsentatione. Was es
 vor ein præjudiz nach sich zöge/ wann das *Directorium* nicht wol-
 te in denen Fällen/ so weder die Religion angiengen/ noch in
 J. P. auch sonst von denen *Majoribus* ausgezogen wären/ die
Conclusa secundum Majora formiren/ sondern an stat dessen die-
 selbe *refutiren*/ und also sich eines solchen *Imperii* gebrauchen:
 v. aut. der Grundvesie p. 2. c. 5. Coeterum *Formatum* sic *Con-*
clusum & à Collegio approbatum, peractâq; Re- & Correlatio-
 ne si communi approbatione firmetur à *Directorio Mogunti-*
nensi in *Conclusum Imperii* redigitur: quod in pleno prælegi-
 tur, & per dictaturam Statibus formaliter communicatum atq;
 in *Cancellariâ Moguntinensi* mundatum & sigillatum *Cæsareæ*
Majestati per deputatos offertur: A quâ approbatum & confir-
 matum itidem ab *Electore Moguntino* in formam *Recessus* re-
 fertur. Ex quo apparet differre inter se placitum, *Conclusum* &
Recessum. *Conclusum* enim unius Collegii non infert *Con-*
clusum Imperii, sed ad deliberandum tantum alteri parti exhi-
 betur. Nec *Placitum Reichs Gutachten*/ statim *Recessum* infert,
 sed est, quando quidem convenerunt inter se Status, sed *Cæsari*
 ad *Decretum* ejus offertur. *Recessus* vero est, quando Impera-
 tor cum Statibus *Imperii* in unam sententiam convenit, atque
 tunc in modum *Legis* illa redigitur & publicatur. *Rbet. in Instit.*
jur. publ. l. 2. tit. 24. §. 21. Antequam verò *Recessus* publicetur,
 Deputatis à *Cæsare* & omnibus tribus Collegiis solet prælegi,
 ut denuo moneant, si quid illis videatur aut addi debere aut ex-
 pungi aut corrigi, perperam & contra convenientium mentem
 constitutum. *Oldenburg. in Limn. enucl. l. 4. c. 24. th. 53.* Neque
 enim Status tenentur illis semper formalibus probare *Reces-*
sum, quibus prælegitur, sed in aliquibus dissentire possunt, si ju-
 sta causa subsit. Imò sæpius *Protestatio* interponitur ab unâ vel
 alterâ parte super illis, quæ in præjudicium ipsarum *Recessui* in-
 ser-

AK Th 1794

serta putant. Talis protestatio facta fuit anno 1641. Alia vero est protestatio quâ Elector & Domus Saxoniae cum alijs Electoribus & Statibus protestari solent, ne Recessus præjudicio sit juribus in territoriis suis receptis & Statutis jam ante approbatis *Rbet. c. tr. l. 2. tit. 24. § 22.* id quod etiam factum in Comitibus Wormaliensibus anno 1521. ubi Elector ac Duces Saxoniae contra constitutionem de admittendis fratrum filiis ad successionem Patruum cum defuncti fratribus & sororibus cum juribus Saxoniacis pugnantem protestati fuere. *Maurit in diff. de Recess. Imper. tb. 26.* Illud adhuc addendum, sæpius monuisse Collegium Principum & Civitatum, examen informis materiae Recessus (des Concepts) antequam deputatis Imperatorum & Statuum prælegeretur, ad se quoq; pertinere. Sed restiterunt Electores, id suum præcipuum & proprium jus asserentes: *Daß allein den Churfürsten in ihrem Rathe das Concept des Reichs Abschiedes abzufassen und zu überlegen gebühre/ solches aber dem Fürsten Rathe nicht zu communiciren sey* &c. Contradixerunt vero Principes, factoque inter se perpenso statuerunt: *Daß bey dem Chur-Mäynßischen Directorio Anregung zu thun/ wie man sich im Fürsten Rathe durchaus nicht darzu verbinden lassen könne/ daß derselbe von Communication des Reichs Abschiedes ausgeschlossen seyn solle* &c. Electores tamen usque nunc retinent possessionem: *v. aut. der Grundveste p. 2. c. 10. Henning c. tr. c. 2. §. 58.* Quamvis contrarium velit, ac hodie non minus in Principum & Civitatum quam Electorum curiâ ejusmodi examen institui asserat *Oldenb. in Limn. enucl. l. 4. c. 72. §. 54.* Publicatus hic Recessus & approbatus omnes Electores, Principes & Status Imperii obligat, quæ obligatio fit non tam ex pacto & conventionem; quam ob formam Legis quam tenet.

Rumel ad A. B. diff 3. tb. 21. Paurmeister de Jurisd. l. 2. c. 2. n. 57.

Laus Deo & Gloria.

VDAT



B. M. II, 124.
h. 30, 9.

II R
1794

DISPVT
MVNE

IDICA,
DRIALI

N

II

I N

N A,

DN. NIC.

YNCKERI,

HÆRE

JCti famigera
Facultatis Juris

chau/
ariensis Intimi,
cabinatus atq;

Domini Pa

i,
venerandi,

Supremis in V

rivilegiis Do-
lis,

cto

CHRISTOPH

ENREICH,

